BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
1 A
14

Venezia, Al Tramezzino, 1540 -
manca il colophon

Digitized by Google

DECISIONES SEV

CONCLV. AVR E COLLECT. PER R. P. ac exl. I. V. doct. D. Gulelmũ caſſadorꝫ Epm algareñ. vtriuſq; ſignature Refereñ. ac Sa. pa. Apo. cau. Aud. ſuper dubiis ſuo tempore occurreñ. ſup cancella. apo. Reg. nec non in materiis penſioñ. mentaliũ reſerua. & decret. in eiſdem reſerua. appo. & ſuper iure accreſcendi vna cum ſumm. & epitho. ac indice alphabetico omnibus iuris ſtudioſis magno vſui future.



Collegii [illegible] Carm: Missionum Pancratii Discalceat.

BIBLIO... ROMA ... EMANUELE

Cautum eſt edicto Summi Pont. & Caroli. v. Imp. ac Regis Francie nec non Illu Sen. Veneti ne quis hunc librum intra decennium imprimere vendere aut venalem tenere audeat.

12-1-A-14

12. L. A. 19
2

REVERENDISSIMO DOMINO HIE
ronymo Verallo per vniuerſum Venetorum
Dominium Legato Pontificio.
Michael tremezzinus.
S. P. D.

EX IIS; QVOS IAM PRI-
dem colere, atq; obſeruare inſtitui, ne-
mo eſt, in quem mea voluntas æque;
atq; in te, ſit propenſa, idq; multis ſane
de cauſis fieri intelligo; primum quod
tu is es, cuius virtus non modo eos; qui
te propius norunt, quorũ in numero ego ſum, ſed eos
etiam qui te nunq̃ viderunt, amiciores tibi, & beneuo-
lentiores reddit, deinde quod humanitate, & comitate
tua id facile aſſequeris, vt te vnum omnes non ament
modo, quod quidem tibi cum multis commune eſſet;
verum etiam admirentur; & veriſsimis laudibus in cœ-
lum ferre nõ deſinant. Quod cum ita ſit, & cum eorum;
qui te obſeruant, in te colendo nemini concedam, ſequi
tur illud vt doleam, meum in te animum, non mea qui-
dem negligentia, ſed quod caſus ita tulit, tibi hactenus
non fuiſſe perſpectum, in quo ſi reprehenderer, ita me
excuſarem, meæ in te pietatis oſtendendæ facultatem
mihi nullam omnino fuiſſe; voluntatem quidem certe
nunq̃ defuiſſe. Nunc autẽ cum ita acciderit, vt hoc opus;
cui Guilielmi caſſadori algarenſis Epiſcopi deciſiones;
ſeu concluſiones & intelligentiæ ad Cancellariæ apo-
ſtolicæ regulas titulus inſcribitur, multorum doctiſsimo
rum hominum authoritate, & conſilio adductus, impri-
mendum curarem, mihiq; ex tam multis, quibus illud di
cari poſſe videbatur, deligendus vnus eſſet cum tu & in
vtriuſq; iuris, de quo maxime hoc in opere agitur, & in
multarum etiam ſcientiarum cognitione eorum omniũ;
qui nũc ſunt, facile princeps & ſis, & habearis, ad quem
potius, q̃ ad te, hoc, quicquid eſt, muneris deferrem, nõ

inueni. Quod quidem ſi eo animo accipies, quo profe-
ctum a me eſt, cum antea tua ſumma humanitas effeciſ-
ſet, vt omnia, quæ poſſem, tibi me debere arbitrarer,
nunc illud aſſequeris, vt etiam, quæ non poſsim, debere
me exiſtimem, & quoniam ab eo fortaſſe animo, de quo
tibi ſupra ſcripſi, multo maiora expectabas, cum ea me
deficiunt, non vereor, quin hac vna in re, quæ tua eſt hu
manitas, omnia te a me accepiſſe, quæ ab homine tui
ſtudioſiſsimo deſyderari poſſunt, arbitrere. de opere
ipſo, quoniam multa hic eſſent dicenda, ne cui interpre-
tis partis ſuſcepiſſe videar, ea hoc loco omittam, illud
tantum dicam deciſiones has olim a Guilielmo caſſado
ro Algarenſi Epiſcopo viro, ſua quidem ætate, peritiſ-
ſimo, non ſine maximo labore tam in Rota, q̃ in ſigna-
tura eſſe collectas, quæ cuiuſmodi ſint, & q̃ multis emo
lumento ſint futuræ tu facile pro tua ſapientia, & doctri
na perſpicies. Ego interim cum te, vt debeo, diligenter
colam, tum nullum tuæ ſummæ virtutis prædicandæ lo
cum, aut tempus prætermittam. Vale.

MOtu proprio &c. Cum ſicut dilectus filius noſter
Michael tramezinus bibliopola Venetus nobis
exponi fecerit ad cōmunem omnium & precipue iuris
ſtudioſorum vtilitate ſua propria impenſa diuerſa ope-
ra in vtroq; iure hactenus non impreſſa imprimi facere
intēdat dubitetq; ne huiuſmodi opera poſtmodum ab
aliis abſq; eius licentia imprimantur quod in maximum
ſuum preiudicium tenderet nos propterea eius indemni-
tati conſulere volentes motu ſimili & ex certa noſtra ſci
entia eidem Michaeli ne queuis opera in vtroq; iure ha
ctenus non impreſſa & per ipſum imprimenda per decē
annos poſt impreſsionem dictorum operum a quoq̄ ſi-
ne ipſius licentia iprimi aut vendi ſeu venalia teneri poſ
ſint concedimus & indulgemus inhibentes omnibus &
ſingulis vtriuſq; ſexus chriſtifidelibus vbiq; tam in Italia
q̄ extra Italiam exiſtentibus preſertim bibliopolis & li-
brorum impreſſoribus ſub excōmunicationis late ſentē
tie in terris vero S. R. E. mediate vel immediate ſub-
iectis etiam ducentoꝝ ducatorum auri & inſuper amiſ-
ſionis librorum pena totiens quotiens contrauentū fue-
rit ipſo facto & abſq; alia declaratione incurrenda ne in
tra decennium ab impreſsione dictorum operum com-
putandum dicta opera tam iuriſ ciuilis q̄ canonici hacte-
nus non impreſſa & per ipſum Michaelem imprimēda
ſine eiuſdem Michaelis expreſſa licentia dicto decēnio
durante imprimere vendere ſeu venalia habere vel pro
ponere audeant mandantes vniuerſis Veñ.fratribus no
ſtris Archiepiſcopis epiſcopis eorumq; vicariis in ſpiri-
tualibus generalibus & in ſtatu temporali S. R. E. eti
am Legatis & vicelegatis ſedis apoſtolice ac ipſius ſta-
tus gubernatoribus vt quotiēs pro ipſius Michaelis par
te fuerint requiſiti vel eorum aliquis fuerit requiſitus ei-
dem Michaeli efficacis defenſionis preſidio aſsiſtentes
premiſſa ad omnem dicti Michaelis requiſitionem con

tra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas etiam ſepius aggrauando & alia iuris remedia auctorita te apoſtolica exequantur inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis non obſtantibus conſtitu tionibus & ordinationibus apoſtolicis ceteriſq; contra rìis quibuſcũq; & inſuper quia difficile eſſet admodum prefatum motum proprium ad quelibet loca deferri vo lumus & apoſtolica auſtoritate decernimus ipſius tran ſumptis vel exemplis etiam in ipſis operibus impreſsis plenam & eandem prorſus fidem vbiq; tam in iudicio q̃ extra haberi que preſenti originali haberetur & ꝙ pre ſentis motus proprii ſola ſignatura ſufficiat & vbiq; fi dem faciat in iudicio & extra regula noſtra in cõtrarium edita non obſtante Placet. A.

SVpplica humilmente il fideliſsimo ſeruitor di voſtra Serenita Michel tramezino che eſſendo lui per im primere vna opera non piu impreſſa del Reuerẽdo do mino Guielmo caſſadoro epiſcopo algarenſe continen te le Deciſione aurее collecte per lui eſſendo auditor, voſtra Serenita ſe degni conciederli che per ſpatio di Anni. X. niun'altro che lui poſſa imprimere o far impri mere ſi in queſta Citta come in tutte le altre terre & loci del Dominio ſuo la ditta opera ne quella altroue im preſſa vendere ſotto pena a chi contrafaceſſe di perde re tutte le opere, & pagar ducato vno per cadauna, vno terzo della qual ſia del accuſator vno terzo del officio doue ſi fara la accuſa, & vno terzo di eſſo ſupplicante.

Die. xi. Octobris. 1539. In Rogatis.

CHe al prefato fidel noſtro Michel tramezino libra ro ſia conceſſa che altri che lui per Anni. X. proxi mi nõ poſſa ſenza permiſsione ſua ſtampar ne far ſtam par l'opera del Reuerendo domino Guielmo caſſado ro chiamate le Deciſione aurее ſi come ne la ſupplica tione ſua ſi contiene.

4

Tabula vt facilius vnaqueq; deciſio inueniri poſsit.

Super Reg. ꝙ cōmiſ. cau. li
te. nō exp. non valeant.
Deci. 1. fol. 1
Deci. 2. fol. 2
Deci. 3. fol. 3
Deci. 4. fol. 3
Deci. 5. fol. 4
Super Reg. de triennali.
Deci. 6. fol. 6
Deci. 7. fol. 9
Deci. 8. fol. 12
Deci. 9. fol. 13
Deci. 10. fol. 15
Deci. 11. fol. 16
Super Reg. de Annali.
Deci. 12. fol. 18
Deci. 13. fol. 21
Deci. 14 fol. eo.
Deci. 15. fol. 25
Deci. 16. fol. 25
Deci. 17. fol. 27
Super Reg. de exprimen.
val. in impe.
Deci. 18 fol. 28
Deci. 19. fol. 29
Deci. 20. fol. 30
Sup Reg. de Inſinu. & pub.
Deci. 21. fol. 32
Deci. 22. fol. 35
Deci. 23. fol. 37
Deci. 24. fol. 38
Deci. 25. fol. 40
Deci. 26. fol. 41
Deci. 27. fol. eo.
Deci. 28. fol. 42
Super Reg. de veriſimili.
Deci. 29. fol. 43
Deci. 30. fol. 44
Super Reg. de Infirmis.
Deci. 31. fol. 44
Deci. 32 fol. 47
Sup Reg. qđ nullus accep.
val. lit. non expe.
Deci. 33. fol. 50
Super Reg. de non habeñ.
duas expec.
Deci. 34. fol. 53
Sup Reg. qđ nulli diſpēſa-
tio ſuffra. lit. nō ꝯfectis.
Deci. 35. fol. 55
Deci. 36. fol. 56
Sup Reg. de impetrat. be-
ne. per obit. famil. car.
Deci. 37. fol. 59
Sup Reg. qđ Car. nō com
prehen. ſub reg. poſt pri
mam editio. facieñ.
Deci. 38. fol. 60
Sup Reg. de nō tollen. ius
queſitū per q̄cūq; cōmiſ.
Deci. 39. fol. 62
Sup Re. de ſurrogā. collit.
Deci. 40. fol. 64
De Vnionibus.
Deci. 1. fol. 65
Deci. 2 fol. 66
De penſionibus.
Deci. 2. fol. 70

Deci.2.fol.71
Deci.3.fol.73
Deci.4.fol.75
De reſeruationibus.
Deci.1 fol.77
Deci.2.fol.78
Deci.3.fol.81
Deci.4.fol.87
Deci.5.fol.90
Deci.6.fol.91
Deci.7.fol.92
De decre.in reſerua.
Deci.1.fol.94
Deci.2.fol.95
Deci.3.fol.96
De acquir.rerum domi.
Deci.1.fol.98

INCIPIVNT DECISIONES ET INTELLIGENTIE AD

regulas cancellarie per R. P. ac exi. I. V. do. D. Guielmum caſſadoré epiſcopum Algarenſem vtriuſq; Signature Rettereñ. ac Rot. Aud. ſuper dubiis tam in Signatura q̃ Rota tempore ſuo occurren. recollecte.

PRIME DECISIONIS SVPER REGVla cancella. ꝙ cõmiſsiones cauſarum ac proceſſus earum vigore deſuper habiti literis ſuper gratia non expeditis non valeant.

Summarium.

Regula. xxix. in ordine ꝙ cauſarum cõmiſsiones cum proceſsibus nullius ſint momenti ſi tempore cõmiſsionis ſuper conceſsionibus apoſtolicis literæ confecte nõ fuerint non habet locum in cauſa ſpolii.

Epithome.

1 Spoliatus valide cauſam cõmitit literis non confectis qa Reg. xxix. annulans cõmiſsiones & proceſſus ſi litere ſuper gratia confecte non fuerint non habet locum in ſpolio.
2 Commiſsio & proceſſus ita ſit ſuper cauſa ſpolii ſicut in cauſa petitorii.
3 Sententia lata ſuper ſpolio eſt diffinitiua.
4 Titulus ſaltim coloratus exigitur in beneficialibus in interdicto recuperande.
5 Confeſsio tituli facta per ſpoliatorem ſufficit ad colorãdum titulum pro ſpoliato.
6 Supplicatio ſola eſt ſufficiens ad colorandum titulum pro ſpoliato.

Deciſio I.

IN PLVRIBVS cauſis meo tem-
1 pore Rota tenuit ꝙ Regula † de nulli-
tate iuriſdictionis literis non confectis
non habeat locum in ſpolio, quaſi tūc
litere non ſint neceſſarie licet proficiāt
ad colorem tituli qui in cauſa ſpolii re-
quiritur ſecundum Inno. cōmuniter approbatum in.c.in
literis de reſti. ſpol. an ſit verū ſemper dubitaui ex quo
Regula ſimpliciter loquitur ad.l. de precio de publi.&
l.i.§.generaliter. ff.de lega.preſtan.item quia ita eſt com
2 miſsio † & ꝓceſſus ſuper cauſa ſpolii ſicut ſuper petito-
& cōmittuntur cauſæ in poſſeſſorio obtēto vigore pro
uiſionū factarum de beneficiis,& propter ipſa beneficia
vnde quia conueniunt verba & mens.l. iiii.§. totiens.ff.
de dam.infect.& ꝙ vtraq; ſit cauſa patet in rubrica & ꝑ
totum ti.de cau.poſſ. & proprie q̄uis altera ſeparata ab
altera.l.naturaliter.§.nihil cōmune. ff. de acqui.poſſe.&
3 vlterius diffinitiua † eſt ſententia que ſuper poſſeſſorio
promulgatur.d.glo.in.c.cum ad ſedem de reſti.ſpol.&
Bar.in.l. ꝗiuſsit. ff.de re iudi,& Abb.in.c.fi.iiii. col.de
iudi.vbi de hoc & per glo. & eundem in.c. conſultatio-
nibus de offi.deleg. & per eundem Bar. in.l. ſi finita.§.
4 Iul.in.ii.col.ff.de dam.infec.preterea ſi exigitur † titu-
lus coloratus ergo litere pro ti.ad colorandum Ad hoc
tamen dici poſſet ꝙ ad colorem non ſint neceſſarie lite
5 re omni caſu cum ſufficiat confeſsio † tituli facta ꝑ ſpo-
liatorem,prout voluit Rota de reſti.ſpoli.i. no.xix.ſed
ratio regule conſideranda eſt.l. cum pater.§. dulciſsimis
delega.ii.& ſiue fuerit burſalis vt litere expediantur ſeu
potius ne temere quis alium moleſtet ꝙ non eſt veriſi-
mile quando prius cum non modicis expeñ. cogitur li-
teras expedire ar.l.cum de indebito.ff.de probati.&.c.
ſuper hoc de renunti.non video ꝙ ſit differen.inter cau
ſam poſſeſſoriam & proprietatis & ſi equitas quedam

conſiderata cum fauore ſpoliati & contra ſpoliatorem
6 pro deci. faciat & illud quod neceſſarie † non ſunt litere ad obtinēdū in ſpolio in quo ſufficit ſola ſuppli. prout in alia deciſione annotaui incipien. q̄uis ad canonizatio nem tituli quaſi iſta regula expeditionē deſideret in caſibus dumtaxat quibus ſine literis pronuntiari diffiniti ue non poteſt vt in canonizatione tituli ſecundum aliā regulam ꝙ non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationū ſed literarum deſuper expeditarum. Sed hoc attento ēt i petito abſolutoria cū ſola ſupplicatione & ſine ea dari poſſet vt in. l. q accuſare. C. de eden. &. c. vnico vt eccle. benefi. ſi. di. confer. quod obſeruat Rota reſpiciens tamē pro parte obtinen. cōmitti cauſam an litere ſint pro ducte ad firmandam iuriſditionem non ꝙ abſolutoria requirat aliquam literarum expeditionē vt in ſeq. deciſ.

Secunde deciſ. Summarium.

Eadem regula non procedit quando fertur abſoluto ria contra impetrantem cōmiſsionem vel ſic regula pre dicta non habet locum in abſolutoria, etiam cum impoſitione perpetui ſilentii.

Epithome.

1 Abſoluere non poteſt qui condemnare non poteſt.
2 Abſolutoria in Rota ſemper fertur cū impoſitione perpetui ſcilentii.
3 Iudex datus per reſcriptum non tribuentem iuriſdictionem an poſsit reum abſoluere & impetrantem in expenſis condemnare.

Deciſ. I I.

Item voluit Rota ꝙ dicta regula non procedat quan do datur abſolutoria contra actorem qui obtinuit cō
1 mitti cauſam in quo etiam dubitaui nam † qui poteſt cō demnare & abſoluere & qui non habet vnum non poteſt alterū vt in. l. iii. ff. de re iud. & ibi Pau. de caſ. ſed cō demnare iudex in propoſito ſine literis non poteſt ergo nec abſoluere vt in proxima eſt dictum regula nō diſtin

2 guit item Rota ſemper abſoluit † cum impoſitione perpetui ſileñ. ꝙ ſine iuriſdictione fieri nequit quare quan-
3 docũq; conſtat qualitatem tribuentem iuriſdictionem † prout hic literarum expeditionem nõ adeſſe conſtat ali quem non eſſe iudicem licet ab inſtantia iudicii debeat abſoluere & actorem in expeñ. condemnare cum reſpe pectu condemnationis expeñ. ſit iudex vt in cle. i. cum glo. de reſcrip. & glo. fi. in. c. fi. eo. ti. ita Abb. in. c. cũ ſit generale col. v. vbi magiſtraliter de fo. comp. item ſuper damnis in hiis. n. & ſequeñ. dicitur iudex habere iuriſdictionem inquit Abb. in. c. dilectus el. iii. de preben. ſ. ꝙ iudex datus per literas nullas poteſt pronunciare ſe non iudicem quare ſaltem in illo articulo eſt iudex & poteſt etiam impetrantem condemnare in expeñ. & idem in quolibet iudice incompeteñ. ſecundum eum vt ſaltim ſit competẽs in cauſa dubii dum diſcutitur an ſit iudex. quo in caſu poteſt cognoſcere & multare contumacem qñ poteſt eſſe iudex q̃uis in veritate non ſit ſecus vbi nõ eſt iudex nec eſſe poteſt & hoc ſecundum eundem Abb. in c. ſi diligenti col. vlt. de fo compe. ſequitur Fely. in. c. ſi duobus col. pe. de appel. & hec in ſimili faciũt pro deciſione ſed in abſolutoria & in perpetui ſilentii impoſitione nõ videntur ſimilia vt ſit iuriſdictio niſi dixerimus ꝙ ſit ratio diuerſitatis inter condemnationem & abſolutionem in caſu regule ex deductis in proxima deciſione itẽ ꝙ regula emanauit in odium impetrantis cõmiſsionem non eius contra quem cauſa cõmittitur quin potius in fauorem, & conſequenter non debet retorqueri contra reũ vt nequeat abſolui ar. l. ꝙ fauore. C. de legi. & iſtud faceret pro deciſione proxima Domini tam in iſta q̃ in proxima poſt latam ſentẽtiam tranſeunt ſubſtineñ. eam ante latam vero dicunt habeatur cõmiſsio ꝙ poſsit pronunciari abſq; dubitatione & vt tollatur oĩs diſputatio.

Tertie deciſ. Summarium.

In terminis eiuſdem regule ſi litere producantur in calculo ferende ſentẽtie preſumuntur expedite ante cau

ſe cõmiſsionem niſi probetur ꝙ poſt ſecus quando in cõmiſsione derogat regule quia tunc impetranti incum bit probatio expeditionis in tempore.

Epithome.

1 Probandi onus quando incumbat reo excipiente ꝙ lite re per actorem producte non ſint expedite ante cau ſe cõmiſsionem & quando actori & nu.4.

2 Probare quid teneatur ille qui agendo vel excipiendo ſe fundat in negatiua.

3 Expeditio literarum ad euitandam nullitatem preſumi tur facta tempore debito dummodo ante ſentẽtiam producantur.

Deciſ. III.

Super eadem regula obſeruatur ꝙ ſi cõmiſsio cauſe
1 nil dicat de regula ipſa aduerſario excipieñ. † ꝙ litere producte non ſint expedite commiſsionis tempore ſed poſt incumbat onus probañ. quia ei qui dicit. l. ii. de pro
2 bati. & in. l. i. ff. de excepti. ſicut in eo † qui ſe fundat in negatiua agat vel excipiat, ꝙ probare teneatur ſecundũ Inn. in. c. ſuper hiis de accu. & Bar. in. l. in illa. ff. de ver bo. obli. & Biſignet in antiquioribus de preben. vi. deci.
3 item quia † expeditio dummodo litere ante ſententiam producantur preſumitur facta in tempore ad euitandã nullitatem vt dixit Bar. in. l. non ſolum §. ſed vt probari de no. ope. nunti. per. l. merito. ff. pro ſot. quoniam nul litas eſt pena vt in. l. ſenatus. ff. de contra. emp. & vendi.
4 ſed quando † in cõmiſsione regule derogatur, dummo do litere expediantur ante terminum ad articulandum, tunc impetrans cõmiſsionem tenetur probare ꝙ expe dierit ante obſeruationem dicti termini quia faſſus eſt ꝙ tempore cõmiſsionis non erant expedite ideo ceſſat preſumptio expeditionem in tempore.

Quarte deciſ. Summarium.

In eadẽ regula qñdo in cõmiſsione derogatur regu

le dũmodo expeditio fiat ante terminum ad articulandum ſatis eſt ꝙ in literis ſit tempus expeditionis per manus reſcribendarii poni ſolitum vt preſumptiue probetur expeditio ante terminum idem ſi concurrat obſeruatio termini & appoſitio manus reſcribendarii eodẽ menſe nec de prioritate clare conſtet.

Epithome.

1 Regule ꝙ non valeant commiſſiones literis ſuper gratia non expeditis derogatur de ſtilo dummodo ante terminum ad articulandum expeditio fiat.

2 Tempus expeditionis literarum probatur per manus reſcribendarii.

3 Bulla non habetur pro expedita niſi fuerit bullata † ideſt plumbata & nu. 5.

4 Priuilegium ſtatim ꝙ eſt bullatum adimit poteſtatem ordinario.

5 Expeditio literarum ſi concurrat cum termino ad articulandum preſumitur facta ante terminum.

6 Horam habens in gratia certiorem probationem habet ꝗ̃ illa que eſt ſine hora.

Deciſ. IIII.

1 INoleuit ſtilus † in cõmiſſionibns cauſarum quando litere nõ ſunt expedite ad hoc vt iudici iuriſdictio tribuatur & lis pendeat ꝙ derogatur regule ſi petatur de qua in is proximis concluſionibus cum hac modificatione ꝙ litere expediãtur ante terminũ ad articulandum & niſi ita fiat interea beneficium non ſit litigioſum nec locus regule exiſtat de ſurrognadis collitigañ. cum talis modificatio ꝯueniat rationi ipſius regule in cuius interpretatione ſepius fuit tentũ prout etiam in vna Gebeñ. beneficiorum quam propoſui de menſe martii. 1520.

2 in tertia inſtantia dixerũt dñi ꝙ bona † erat iuriſdictio ſi de menſe decembris erat ſeruatus terminus ad arti. & in literis productis poſt ipſum terminum erat manus reſcri

bendarii de. ꝙ ſignificat decembris ſicut ian. ianuarii & ſic de aliis menſibus nam licet iſtud non concludat neceſſario expeditionem in eo menſe ex quo eſt initium
3 expeditionis & prius q̃ ſit plumbata bulla †non habetur pro expedita quia non probat hoc eſſe in.l.neq; natales C.de proba.c.in preſen.eo.ti.bene autem ſi habeat plũbum in quo ſolet dici expedita ex quo cũ plũbo dicitur bullata bulla & expedita vt in.c.licet de cri.fal.& priuile
4 gium adimit †poteſtatem ordinario ſtatim ꝙ eſt bullatum ſecundum doct.in.c.i.§.ex parte de conceſ.prebeu.
5 in.vi.nihilominus †ex quo iam habemus initium in tempore benignum eſt etiam preſumeñ. finem in tempore ſicut al's ad fugieñ.delictum dicit Bar.in.l. non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de ope.no.nunti. & fuit conſideratum in proxima deciſione & quia regula habet ꝙ deſiderat ſ. expeditionem ſine fraude & vt proceſſus magis in dubio valeat & nõ pereat.l.quoties.ff.de re.dub. cum vulga.& quia non caret primordio veritatis ꝑpter principium debito tempore ergo non omninꝓ falſum.l.cũ filius.§.heres de lega.ii.& vt plurimum poſt appoſitionem manus reſcribendarii expediuntur litere infra breues dies & ad id iura aduertunt.l.nam ad ea ff. de legi. & q̃uis concurrant obſeruatio †term. ad ar. & appoſitio manus reſcribendarii eodem menſe nec de prioritate appareat ex eo ꝙ reſcribendarius non apponit diem ſed menſem tantum &obſeuatio habet vtrunq; voluere domini ꝙ expeditio etiam preſumatur ante obſeruationem cum ſit debilis regula & benigniſsime interpretanda poſtea q̃ ſaltem tempore obſeruationis termini iam cum aliquo diſpendio cepta erat expeditio ad hoc quod Cy.& Bal.dicunt in.l.de rebus.C.de dona. ante nupti. certiorẽ eſſe & anteriorem probationẽ preſumptiue que horam habet quã illam †que diẽ ſine hora & ſic de ea videtur que mẽſem & diem reſpectu eius que ſolum menſem continet.

Quinte deciſ.Summarium.

Commiſsio cum prefixione termini prout de iure in caſu dicte regule ꝙ ſubrogatus in ius actoris teneaſ docere de expeditione literarum actoris pro iuſtificatione litis cōſtito ꝙ reus produxerit ſupplicationem impetrationis actoris & facta diligentia in loco ſolito de nō expeditione docuerit eſt iuſta ita ꝙ prefixo termino cogiſ ſurrogatus de expeditione docere vel ꝙ alium titulum actor q̄ apoſtolicū habet oſtendere ad fugiendam regulam al's ſubcumbet prouiſo abordinario vel ſic probatio poſsibili negatiue coartate loco & tempore eſt ſufficiēs vel ſaltem transfert onus proban. in aduerſarium.

Epithome.

1 Lite pendente ſuper beneficio ordinarius de eodē quo .quomodo prouidere non poteſt.

2 Lis introducta literis ſuper gratia non expeditis eſt nulla propter regulam.

3 Probandi onus cui incumbat literas fuiſſe ante cōmiſſionem cauſe expeditas.

4 Expeditio literarum in dubio preſumitur ꝙ ſit tempore debito facta.

5 Negatiua qualiter probari poſsit.

6 Bulle que non regiſtrantur ſunt ſuſpecte.

7 Probare tenetur allegans pluralitatem factorum & perſonarum eiuſdē nominis ac multiplicationē titulorū.

8 Probatio fame & cōmunis reputationis releuat ab onere ꝓbandi negatiuā illum qui al's illa ꝓbare tenebaſ.

Deciſ. V.

AGebat Franc. pius coram domino B. de petra ſancta. 1519. cōtra Io. ſapieñ. ſuper parrochiali ſancti Simphoriani Lugduneñ. & quia Ioannes obiit poſt introductam litē & ordinarius prouiderat cuidam Hyeronimo habita ſubrogatione per Fran. & mota lite contra Hyeronimū per Antoniū qui habuerat ex ceſsione Fran. in manib⁹ Pape canonizata fuit prouiſio Antonii

1 ex eo ꝙ ſtante † lite ordinarius nequiuerat prouidere. c. ſi hii contra quos vt lite pend. in. vi. & cle. i. eo. tit. In. ii. inſtañ. coram Do. Hier. de ſpina Hier. dedit de iſta regula quaſi non docto per Anto. ꝙ Fran. expediuiſſet li-
2 teras nulla † fuit lis & ordinarius conferre potuit & vt cõcluderent ꝙ Fran. vigore apoſtolici titu. cauſam cõmitti obtinuiſſet produxit ſupplicationẽ impetrationis apoſtolice certo modo facte a Franciſco vel ſumptum ex regeſtro ſupplicationum & impetrauit cõmiſsionem ꝙ pfigeretur terminus arbitrio vel prout de iure Anto. ad probandum de expeditione literarum per Fran. ex quo Hierony. producta ſupplicatione fecerat omnem diligẽtiam in regeſtro literarum vbi de more omnes litere ſub
3 plumbo ſolent & debent regeſtrari & concluſi. † cum dñis quod eſſet locus prefixioni termini eo fundamento quia quando ſũmus in caſu in quo requiritur ſcriptura non procedit regula Inno in. c. ſuper hiis de accu. & Bar. Pau. de caſt. & aliorum in. l. in illa. ff. de verbo. obliga. ſi quod negans teneatur ꝓbare quoniã potius fallit & onus probandi transfertur in aduerſarium ſecundum eundem Inno. in. d. c. viii. col. quem ſequitur Abb. in. c. bone el. i. de elec. & in. c. ſicut pe. col. de re iud. ſed regula regrit lr̃as expeditas eſſe vt patet, ergo nõ ob. ꝙ qdã ex dñis dicebãt Rotã tenuiſſe ꝙ impugnans iuriſdictionẽ pretextu huius regule cum obiiciat tenetur probare nõ expeditionem tempore cõmiſsiõis maxime quia in materia obiectiua debet probare & quidem concludentiſſime. l. non ad hoc. C. vnde cog. & egi. deci. 6 1 2. & Rota. iii. in anti. de probat. que vult ꝙ dicenti aliquem non legitime inſtitutum incumbit onus probandi quia reſpõdi Rotã hoc tenuiſſe quando litere ſunt producte apud
4 acta cum tunc conſtet de expeditione & expeditio † in dubio preſumatur in tempore per eã que Bart. tradit in l. non ſolum. § ſed ut proban. ff. de no. oper. nunc. & latius eſt expreſſum in proximis concluſionibus non autẽ tenuit quando litere nõ reperiantur producte nec expe-

dite quo caſu impoſſibile eſſet probare non dixerim ex peditas nō eſſe ſed ꝙ magis vno tempore q̄ alio ex quo nullibi de expeditione conſtat & iſtud noto pro intelligentia regule. ad deciſionem Rote reſponſum eſt ꝙ hic requiritur ſcriprura & erat caſus ꝙ in lr̄is ſubrogationis Anto. ex ceſſione Franci. dicebatur ꝙ cedebat literis non confectis q̄uis poſſet referri ad literas ſubrogationis Fran. non de neceſsitate ad literas prime impetrationis certo modo & iſta prefixio iuſtificat quoniam ſi Anto. non probauit eſse expeditas quod eſt ei facile in curia & Hiero. impoſſibile niſi per inquiſitionem quam fecit in regeſtro literarū & in cancellaria & camera vſq; ad plumbum & ſic omnia poſsibilia fecit colligitur verū eſse ꝙ non ſint expedite cum de non entibus & non
5 appareñ. idem ſit iudicium & quod †per talem poſsibilem diligentiam videatur probata huiuſmodi negatiua prout in ſimili tradit Bal. in. l. ii. C. de erro. aduoca. & ꝓbatione non ſententie quando non reperiretur in libro in quo ſolent deſcribi omnes ſentenrie & in. l. titie texto res. ff. de lega. i. & Fely. in. c. ſicut de re iudi. de non titu. ſeu probatione defectus tituli quando oſtenderetur collationem literaꝝ in loco in quo ſemper regiſtrātur collationes & conſtaret illam que aſseritur non eſse ibi regeſtratam de aliis modis probandi negatiuam videatur Pau. de caſt. in. d. l. in illa & Ia. in. l. fi. §. licentia. C. de iur. delibe. ad Rotam de reſcrip. in no. xiiii. ꝙ fundans ſe in non promotione teneatur eam probare reſponſum eſt ꝙ hoc caſu requiritur ſcriptura. item ꝙ per diligentiam ſupradictam eſt probata non expeditio vel ſaltē ex tali preſumpta probatione transfertur onus probandi in aduerſarium vt in. c. vnico vt eccle. benefi. cum ibi not. nec
6 refragatur ꝙ cōtingens eſt & poſſibile †ꝙ quedam bulle non regiſtrantur quia tales dici poſſunt ſuſpecte. Item lex iſtud non conſiderat ſed ꝙ communiter & frequentius fit vel fieri debet. l. nam ad ea de legi. l. ſuis quoque §. puto generaliter. ff. de here. inſti. & per productionē

ſupplicationis impetrationis certo modo reſpondetur & tollitur ꝙ Franc. potuiſſet habere titulum ab ordinario alium q̃ apoſtolicũ qui non ſubiicitur regule que diſponit reſpectu prouiſionum apoſtolicarum dum taxat ſic cõmuniter intelligitur ſine extenſione ad §. hec verba
7 l. iii. ff. de nego. geſt. quia † multiplicatio titulorꝫ non pſumitur nec pluralitas factorum inquit Bal. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiuran. idem de pluralitate perſonarum eiuſdem nominis niſi probetur ſecundum eundem Bal. in conſi. incipien. eum apparet quem refert Fely. in. c. cum Ioan. iiii. col. de fide inſtru. aut prout eſt dictum ſaltim onus probañ. de titu. ordinario propter talem preſumptionem tráſit in aduerſarium ſicut dicit Ro
8 te deciſi. xv. al's vlti. in no. de proba. quod fama † & communis reputatio releuat a probatiõe negatiue eum qui al's probare teneretur & ſic transfundit in alium probandi onus.

Sexte deciſio. Summarium.

REGVLA DE TRIENNALI NON habet locum pro eo vel in eo qui obtinuit cõmitti cauſam licet non proceſſerit niſi ad decretum citationis dũtaxat & tam facti q̃ iuris moleſtia interrumpit eam licet effectus moleſtie facti non duret niſi durante facto iuris autem ſeu iudicialis ſic donec lis ſit finita.

Epithome.

1 Regula de triennali non defendit illum qui cauſam committi & citationem etiam dũtaxat decerni obtinuit.
2 Attentata per actorem poſt cõmiſſionem & decretum citationis licet non execute veniunt reuocanda per viam attentati.
3 Lis dicitur pendere per ſolam cõmiſſionem & decretũ citationis quo ad eũ qui ipetrauit & decerni obtinuit.
4 Litem per conteſtationem incipere ſi dicatur non procedit in actore.

5 Lis ſecundū Rotam non finitur niſi per ſententiam.
6 Regula de triennali an non ꝓcedat niſi cum bona fide.
7 Preſcriptio inducta per regulam de triennali per moleſtiam iuris vel facti interrumpitur.
8 Moleſtia facti ſeu extraiudicialis durat durante facto & eo ceſſante preſcriptio de nouo inicium capit.
9 Sequeſtrum vtrum decerni debeat contra illum qui triēnio poſſederat & cām cōmitti obtinuerat & nu. 13
10 Regula de triennali extracta videtur ex concilio Conſtantienſe & approbata in concilio Baſilienſe.
11 Clauſula adiecta in lege interpretata videtur repetita in lege interpretante.
12 Statuta paſsiuam etiam interpretationem recipiunt.
14 Lis ad hoc vt quo ad reum pendere dicatur neceſſe eſt ꝙ fuerit citatus.
15 Deciſio tertia de cau. poſſeſ. & proprie. in an. non eſt in obſeruantia.

Deciſio VI.

VOLVERVNT domini in vna Parmeñ. Archipresbyteratus coram dño H. de ſpinoſa. 1519. de menſe Martii ꝙ regula † de triennali poſſeſſore non moleſtando non defenderet in
1 poſſeſsione Iacobum cola. ex eo ꝙ impetrauerat cōmiſsionem ſuper dicto archipresbyteratu contra Bonifacium de Aldigeriis, & quoſdam alios expreſsis nominibus & obtinuerat decerni citationem nō procedendo vlterius ad executionem citationis & hoc erat anteq̄ poſsidere cepiſſet pacifice vel poſt icoharam triennalem pacificam, nondum tamen finitam fundamētum fuit in his que voluit Rota deciſi. vi. vt lite penden.
2 † in no. ꝙ in huiuſmodi terminis ſi actor attentetur talia attentata veniunt reuocanda ergo lis erat ſine qua attentata non caderent & ad. c. forus de verbo. ſigni. ꝙ in omni negocio ſeu iudicio inſpiciuntur tres perſone iu-

dex actor & reus fuit reſponſum ꝙ reperiuntur quia Ia
cobus habet pro reis eos contra quos obtinuit cauſam
3 cõmitti & citationem decerni aut † ſaltem quo ad eum
eſt lis & ipſe de ea eſt certus ꝙ ſufficit ad impediendũ
initium & interrumpendum preſcriptionem & ad illud
4 † ꝙ lis incipit per conteſtationem litis non antea vt in
auc. de legi.§.omnem ver.ſi vero col.viii.& no.in.c. re-
latum de offi.deleg.fuit reſponſum ꝙ reſpectu actoris
non procedit vt in dicta deciſione.Item ꝙ ſi hodie veni
ret ad cauſam vnus ex nominatis in cõmiſſione ſine du-
bio quo ad actorem & reum lis vera eſſet vnde cõmiſ-
ſio & alia ſemper durant donec aliquo iuris fine termi-
5 nentur ſicut litis penden. † non finitur niſi per ſẽtẽtiam
ſm Rot.vt lit.pend.x.in no. & per alios modos quos
Mil. ponit in verbo lis finitur in repertorio.tertio dicas
eſto ꝙ lis dici non poſſet mota niſi poſtq̃ fuerit conteſta
ta, nihil ominus dicit cepta & pendens ex quo pars ſcit
cauſam cõmiſſam ad no.per Hoſti.& Ioã.an. in.c.olim
de accuſa.ſuper verbo inceptam ita declarat Mil.in ver
bo lis etiam ante litem conteſtatam & in propoſito ſatis
eſt ꝙ pendeat,& pendentia duret quam Iacobus in fa-
cto proprio ignorare non poteſt.l.ſi.ff.pro ſuo &.c.ab
excõmunicato de reſcrip.& quoniam Iacobus in hac in
cohatione litis cauſat ſibi malam fidem tenendo ꝙ regu
6 la † non procedat niſi cum bona fide in.c.ſi. de pre-
ſcrip.& ibi Abb.in.c.illud.ii.col. eo.tit. & quia requirit
titulum coloratum licet aliqui deſuper dubitauerint ex
eo ꝙ duos tantum caſus excipit igitur firmatur extra il-
los.l.nam quod liquide.§.ſi.ff.de pe.lega.de quo in a-
liis deciſionibus ſequẽtibus Idem Iacobus hoc ſtante ne
quiuiſſet incipere vel adimplere triennalem accedit ꝙ ſi
7 non eſſet iſta moleſtia † iuris ſed facti interrũpiſſet pre-
ſcriptionem quia non diceretur pacifice poſſediſſe iux-
ta deciſio.iii.de prebẽ. In no.in additione licet non im
8 pediret de nouo incohari ex eo ꝙ † moleſtia facti ſeu
extra iudicialis durat durante facto & ceſſat ſtatim eo ceſ

ſante vt denuo preſcriptio initium capiat cuius contra-
riũ eſt in iudiciali que durat donec lis finiatur & ita Ro-
ta diſtinguit & licet ad terminos regule ꝙ no. in practica
vlterius dicebatur ꝙ Iacobus ſibi ipſi litẽ mouerat, & ex
confeſſione ſua principi facta in cõmiſſione cauſe dedu
cta ꝙ moleſtabatur ſuper beneficio que probat. l. cum
precium. C. de libe. cau. quã moleſtiam deduxerat in li-
tem & iudicium & ſibi imputaret. In ſecunda inſtantiá
coram me vtrum deberet concedi ſequeſtrum vt in cle.
vnica de ſequeſtra. poſſ. & fruct. vel negari, ex quo Iaco
bus excipiebat ꝙ triennio poſſederat aduocatus Iacobi
oſtendit mihi regulam de triennali ab origine & ad ſatu

10 ritatem editam in concilio † conſtantieñ. que fuit appro
bata in concilio Baſilieñ. vt habetur in octauo decre-
to illius concilii incipieñ. quicunq; non violentus vbi ca
uetur ꝙ lis pendeat ſi ad executionem citationis proceſ-
ſum fuerit & omnes termini ſeruati ꝙ glo. ibi quoad ter
minos declarat quomodo procedat Cõſtantieñ. autem
concilium aut eius decreta fuere per Martinum. v. ap-
probata vt dicitur conſtare ex geſtis ipſius, vnde occur-
rit tunc mihi ꝙ ſi conſideramus regulam modernam de
triennali habuiſſe ortum a conſtitutione predicta con-
ſtantieñ. vt inquit Fely. in. c. ſicut de re iudi. 17. col. nu.
xxxi. debeat intelligi ſecundum eam tanq̃ fontem & ma
tricem ad quam eſt recurrendum. l. ſempronius proculo
de lega. ii. & . l. ſi librarius. de reg. iur. ff. cum ibi non ſi-
cut ad conditorem cuius eſt interpretari. l. ex facto. ff.
de vulga. & pupil. l. ſi. C. de legi. & . c. cum veniſſent de
iudi. precipue quando conſtitutiones expreſſe non ſunt
contrarie ſed vna magis declaratur & ſuppletur per aliam
& declaratio aut ſuppletio eſt conſona iuri prout in ca
ſu de quo agitur, ſi vero dixerimus ꝙ moderna regula
venerit ad iterpretationem antique omnino intelligi de
bet in caſibus quibus interpretationi locus eſt vt in auc.

11 de filii ante dota. inſtru. na. col. iii. & clauſula adiecta † in
lege interpretata videtur reperta in. l. interpretante. &.

nihil.ff.de coniũgen.cum emanc.libe.& ibi Bar.& in.l. de quibus in ſecũda.q. principali.x.col.ff.de legi.ſi ad correctionem etiam lex noua corrigens recipit extenſio nem a conſequentia antique legis vt in.c. miramur de ſer.non ordi.& ibi not But.quod contractus tranſlatus ad qualitatem certi gradus recepit extenſionem omniũ iurium de gradu loquentium & in.c.a multis de eta. & quali.vbi colligit ꝙ habilitatus ad gradum & aſſumens qualitatem gradus cenſetur habilitatus ad omnia ad gra

12 dus qualitatem conſecutiua & ſtatuta †recipiunt inter pretationem extenſiuam paſſiue.l.i.§.lex falcidia.ff. ad legem falcid.& per Bar.in.l. omnes populi.iiii.qõ.vi. qõnis principalis de iuſti.& iure & ſi ſupponimus regu lam in Conſtantieñ.concilio editam fuiſſe correctam,li ceret ad minus arguere ex.l. correcta vt no. glo. in.l.i. ff.de coniungen cum emanc.libe.& facit.c.nouit iuxta glo.in verbo quicunq; de iudi.& ꝙ genus in.c.frequens de reſti.ſpol.in.vi.& Alex.in.l.i.C. qui admitti ad bo. poſ.ii.col.& late Fely.in.c.i. verſic. fallit.ii.in.v.col. de conſti.nec ſi eſſet damnatum concilium eſſent damnata opera ſacris criminibus conformia & ratione fulcita vt in c.damnamus de ſum.trini.& fi.cath.non ꝙ vt ait ibi Ab ba.in fine habeãt auctoritatem ex auctore damnato ſed poſſunt recipi & defendi ſicut recipiuntur & defendun tur alia bona cum veritas nõ mutetur licet auctor repro batus in aliqua parte fuerit eam ſecutus & auctores gẽ tilium legi poſſunt non quia illi talia dixerint ſed quia bonum eſt inquit Goffre. in ſũm.de tempo.ordi.vi.col. & de libris cronicarum & aliis ac eorum fide per Bar.in l.i.ff.ſi cer.peta.ſed ad omnia hec que breuiter queren do quid ſuper ſequeſtro explicui fuit reſponſum ꝙ Pa pa non admiſerat illam Conſtantieñ.cõſtitutionem niſi quatenus edixerat in moderna regula,& ꝙ reliqua,receſ ſerunt ab aula nec fuerunt admiſſa in curia & ſic decre

13 ui † ſequeſtrum.ſucceſsiue dum ponerem cauſam ſuper confirmationem vel reuocationem pro parte Iacobi ite

ruum allegata fuere primo ꝙ regula eſt fauorabilis edita principaliter fauore poſſeſſoris quod debet attendi.l. quia exceptionem cum glo.ibi in prin.ff.de cond.inde. ideo amplianda ad eius cõmodum & reſtringenda ad eius incõmodum.c.odia de regu. iur.in .vi. vt ex quo a nemine eſt moleſtatus tueaẽ enim regula ſed dictum eſt ꝙ ſeipſum moleſtauit & faſſus eſt ab aliis moleſtari ſecũ do ꝙ in caſu cle.ad compeſcen.triennalis poſſeſſor pa‑cificus non patitur ſequeſtrum & tamen Car. ibi in.xii. qõ.poſt Pau.& Genſe.inquit litẽ dici iuxta formam cle. ii.vt lite pend.igitur requiritur ꝙ ſit proceſſum ad execu tionem citationis aduerte Car.dicit hoc ſcilicet motam litem etiam ſi non ſit conteſtata ar.c. olim de accuſa.& ꝙ ibi no.Hoſt.ꝑ hoc etiamſupra tit.i.cle.cum lite vnde non negat quin reſpectu actoris & in ſui preiudicium
14 etiam lis dicatur,bene ꝙ reſpectu actoris & rei † eſt ne‑ceſſe ꝙ reus fuerit citatus vt in.d.cle. & eius terminis. Tertio ꝙ regula induxit preſcriptionem triennalem abſq; eo ꝙ exprimat caſum iſtum adeo ꝙ tanq̃ omiſ‑ſus debeat intelligi ſecundum antiquam regulam vel ha beri pro omiſſo.l.cõmodiſsime.ff.de libe.& poſth.ad hoc facit quod ſcribit Fely. in.c.illud de preſcrip. ver. & quia ſupra feci mentionem de.l.diffamari.vii. col. ꝙ quando eſſet facta litis cõteſtatio non ꝓpterea diceret interrupta preſcriptio quaſi cõmiſsio iſto caſu ſuper ia‑ctationibus & moleſtationibus ſit in eiſdem terminis.d. l.diffamari.C.de inge.manu.ad hoc reſpondebant do‑mini ꝙ vna lex declarat & ſupplet aliam.l.ſed & poſte‑riores cum duabus.ll.prece.ff.de legi.& regula interpre tatur in omni eius verbo a iure cõmuni vt quis dicatur pacificus poſſeſſor & ſic de aliis & quod dictũ Fely. nõ facit ad caſum & quando aliquo modo faceret nihil fir mat cum potius relinquit cogitando item ꝙ ſufficit mo leſtia facti ad interrumpendum. Quarto adducta fuit de
15 ciſi.iii.de cau.poſ.& propr.in anti.de cuius materia per Inno.in.c.conſtitus de appell.ſed non eſt in obſeruañ.

& in alia deciſioné oſtendo non poſſe ſtare, que incipit Rota in antiquis tertia. Quinto ꝙ nõ reperitur iure cautum per ſolam commiſsionem fore litem inductam ſeu eius pendentia niſi ſolum ad effectum reddendi reſcriptum poſtea impetratum ſubrepticitum tacito de cõmiſſione iuxta not. in. c. cauſamq; de teſti. prout eſt regulare in. c. i. de lit. conteſt. & in. l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. non ad interrumpendum preſcriptioné triénalem nec ad effectum faciendi quem definere poſsidere pacifice, fuit reſponſum ꝙ imo ad effectum litis quo ad actorem & attentatorem vt ſupra & conſequenter non pacifice poſſeſsionis quam regula requirit. Sexto ꝙ deciſio. vi. vt lite penden. in no. habebat locum in attentatis tantum & ꝙ contra veram rationem etiam ita voluit de quibus rationibus per Biſignet deciſi. ii. de appella. ſed ex primo adductis dixerunt dñi iuſtificatam illã deciſionem & iſtam, vltimo dicebat Iaco. ꝙ tunc extrema coniunguntur quando reus agit ad effectum reuocandi attentata & non antea nihilominus fuit reſponſum ſatis eſſe ꝙ poſſunt coniungi & ꝙ interea cepta eſt lis quoad actorem, Militant alia pro deciſione ponderanda ex quibus & ex eo etiam ꝙ in gratia ſi neutri per ipſum Iaco. obtenta dicebatur ꝙ lis pendebat voluerunt dñi ꝙ cõfirmarem ſententiam dñi Vgonis & ita confirmaui.

Septime deciſi. Summarium.

Eadem regula locum habet in prouiſo ab ordinario de principali dignitate in collegiata ſeu prima poſt pontificalé in cathedr. nõ obſtañ. concordatis cum natione Germanie in quibus talia beneficia preſeruantur ſedi apoſtolice cum decreto irritañ. Item non obſtañ. regula cancel. tertia etiam reſeruante.

Epithome.

1 Regula de triénali an defendat in dignitate maiori poſt

pontificalem aut principali collegiata poſſeſſorem cum titulo ordinarii & nu. 4

2 Regula defendit illũ qui habet titulum coloratum.

3 Titulus coloratus non dicitur habere ille qui fuit prouiſus a non habente poteſtatem conferendi.

5 Sententia lata contra regulas cãcellarie ſeu extrauagañ. non eſt ipſo iure nulla quia a iudicibus non conſiderantur niſi producantur in actis.

6 Iudicare iudex non poteſt iuxta cõtinentiam regule aut extrauagañ. niſi poſt productionem.

7 Titulus coloratus reſpectu regule ille habere dicit quando poteſtas eſt in conferente naturaliter licet ſit ex accidenti impeditus.

8 Regula de triennali non dat titulum.

9 Obiectus reus & poſſeſſor etiam ſi de eius non iure cõſtet dare poteſt ad effectũ abſolutiõis non autem ad iudicationis obtinende.

10 Regula de triennali contra ſuperiorem locum non habet.

Deciſio. VII.

PReponebatur dubium in vna monaſterieñ. bonorum coram do. Hugo. de ſpina. 1519. de menſe Octobris an is qui triennio pacifice poſſiderat prepoſituram que erat prima dignitas poſt pontificalem in cathedrali & aliam que erat principalis in collegiata defenderetur
1 exceptione †regule de triennali cum titulo ordinarii & dicebatur ꝙ nõ per quatuor ex dñis primo quia obſtat regula cancella. tertia reſeruans diſpoſitioni apoſtolice huiuſmodi beneficia ideo habens ab alio q̃ a Papa dicitur habere ab eo qui non habet poteſtatem conferendi. ſecundo quia in cõcordatis inter ſedem apoſtolicam & natione Germanicam expreſſe inhibetur ordinariis ne de talibus diſponant cum decreto irritanti ergo inficitur titulus & poſſeſſio. c. ſi eo tempore de electi. in. vi. ſicut in terminis. c. ii. de preben. eo. libro eſt penitus di-

2 ſcoloratus titulus cum poſſeſsiōe & tamen regula † ſem per eſt interpretata dūmodo excipiens habeat titulum coloratum nam iuxta primum fundamentum non dicit
3 coloratus † prouiſus a non habente conferen̄. poteſtatē ſecundum regulam quam tradit Abb.in.c. cum noſtris vlti.col.de conceſſ. preben.& Lap.alleg.xvi.ꝙ colorata poſſeſsio dicatur quando fuit poteſtas in conferente & cal.conſi.xiii.de verbo.ſigni.ꝙ habens beneficium reſeruatum Pape ex inſtitutione inferioris intruſus videtur & ſuper titulo & poſſeſsione coloratū vel non videātur etiam Lap.alleg.ciii & But.in.c.literas de conceſ. preben. Domi.in.c.propter.xix.diſt.in fi.& Fely.in.c. noſtra de reſcrip.in.ii.&.xxxvi.corro. Item in ſimili etiam decretum.c.ſi hii contra quos vt lite pend.in.vi.diſcolorat̄ uſq; adeo ꝙ poſſeſſor beneficii litigioſi debet amoueri & perinde tractari ac ſi eſſet reſeruatum & poſſeſsio ei tradita per ordinarium nullo iuris adminiculo iuuatur ita Rota deciſi.iii.de reſti.ſpol.in no.in additione & intruſus contra.d.c.nō poteſt petere reſtitui Biſignet eo. tit.iiii.deci. & in decreto regule Leonis.X. reſeruantis benefi.in ſex menſibus idem ꝙ non ſit locus interdicto recuperande tenuit Rota vt in alia deciſiōe quam ad nobis taui videas fundamenta ad propoſitum incipit prouiſus
4 ab ordinario ſub titulo de reſti.ſpoli.preterea † concordata habent vim legis ergo notoria in Germania tale ꝙ decretum in eis debet habere eādem virtutem quam habet decretum in corpore iuris.ceterū temporalitas tertie regule que moritur cum quolibet pontifice tranſiiſſe dicitur in perpetuitatem propter ipſa concordata & conſequenter iudicandum vt de re perpetua quibus non obſtan̄.alii tenuere contrarium eo † potiſsimo fundamento quia regula tantum concipit duos caſus .ſ.caſum.d. c.ii.de preben.in.vi.& ſimoniacum ingreſsum igit̄ ſtat firma in omnibus aliis non exceptuatis.l.nunquid liquide.§.fi.ff.de pe.lega.etiam in auct.de non alie.aut per mu.§. vt autem coll.pria.Item quia contenta eſt regula

ſi quis habeat ab ordina. collatore pro colore & bona fi de q̃uis ad tempus vel ex accidenti impedito nam ſi nõ eſſet impeditus prouiſus a tali non indigeret regula ad hoc Rota deciſi. xiiii. de cau. poſ. & propri. in antiq. di cens illum intruſum qui abſq; titulo eius qui dare poteſt licet de validitate tenentis tit. dubitetur pro quo etiam glo. ſuper dicta regula, & deciſio incipiẽ. fuit etiam con cluſum, & per hoc eſt reſponſum ad d. regulam tertiam tum quia temporalis tum quia ſine decreto, tum quia eti am ſi haberet decretum non eſset notorium in corpore iuris aut ſaltem non applicabile ad terminos regule pro pter primum fundamentum huius partis idem in decre to concordatorum maxime quia eſt in poteſtate Pape reuocare concordata aut illis derogare quoniam maior & eadem poteſtas remanſit apud eum. c. dudum de pre ben. in. vi. licet ad id poſſit reſponderi ꝙ imo magis te neatur ad obſeruañ. quando in vim contractus & preci pue ob publicam vtili. ad materiam. c. i. de probat. cum no. ibi per Io. an. & Abb. poſt alios pur. in beneficialibꝰ iſtis in qbus Papa eſt plene dñs & poteſt adequare qua drata rotundis vt in cle. i. vt lite pendẽ. & per Doc. in. c. que in eccleſiarum de conſti. & facit lex in. c. propoſuit de conceſ. preben. in concordatis Leodieñ. que ſunt fa uorabilia q̃ concordata germanie & fortiora voluit Ro ta prout in alia deciſione meo tempore ꝙ potuit dero gare alicui cl'e ſeu principali conceſsioni eorumdem q̃ſi aliud ſit in aliis rebus in quibus contrahit cum ſubditis que non ſunt ita libera quoad omnem diſpoſitionem quam in beneficiis ſed expediret legere tenorem cõcor datorum ad fugieñ. d. c. i. cũ materia facit etiam deciſio iii. de reſti. ſpo. in no. vbi in recuperanda poſſeſſione de ciditur obſtare ſolum decretum generale in corpore iu ris. d. c. ii. de preben. in. vi. & ſpeciale ad certum corpus beneficii quale non eſt iſtud, an autem cõſtitutio execra bilis Io. xxii. impediat reſtitutioñ. deciſi. xv. de reſti. ſpo lia. in anti. dicit ꝙ ſic ſed additio vlti. ſuper. d. deciſi. iii.

ſentit in vltima oppoſitione contra, meo tempore nõ memini deciſum & cum conſulerem dños deſuper inueni eos dubitantes ſed redeundo ad materiam ſi regula voluiſset vt ei obſtaret decretum extra ius dixiſset quē admodum dicit de decreto in corpore iuris arg. l. vnice §. ſint autem a deficientis. C. de cadu. tollen. &. c. ad au
5 dientiam de deci. preterea † extrauagañ. regule & cõcordata niſi producantur in actis non conſiderãtur a iudicibus & ſententia contra regulas non eſt ipſo iure nulla dicit Fely. poſt alios in. c. i. viii. col. de re iudi. quoniam nõ ſunt conſtitutiones generales idem de ſententia contra extrauagañ. de quibus in. c. paſtoralis de fide inſtru. ſup quo Abb. in prohe. decretal. Rex pacificus vlt. col. & in d. c. i. & Bart. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. & de ſtilo Rote eſt vt inquit Fely. vbi ſupra vt producatur regula als pronunciatur contra eam nec iuxta eius continentia
6 † iudicari poteſt niſi poſt productionem ſi hoc eſt in extrauagañ. perpetuis idem vel multo magis inconcordatis non habẽtibus ita vim legis generalis nec perpetuis & ſi aliter interpreteremur vix regula tueretur aliquem in Germania vbi ſunt multe ſpecies reſeruationum cum decretis rurſus propter regulam tertiã reſeruantem ſimilia beneficia Papa preſeruauit ea ſedi apoſtolice & cum regula ipſa non excludat ipſam exceſsionem iſtius nec p̃ſeruatio ad imitationem inducta debet excludere vt ſapiat eandem naturam ar. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cauti &. c. eccleſia ſancte Marie vt lite pen. ſed ad hoc primi dñi reſpondebant videndum eſſe verba concordatorũ an ſimpliciter prohibeatur ordinariis vel habito reſpectu ad dictam regulam tertiã. item eſto ꝙ haberetur reſpectus ad regulam poſſet id operari generalitas aut perpetuitas in concordatis que non ſunt in regula vel decretum quando alia non obſtarent vnde in hoc vltimo non facerent fundamentum licet aliqui ex dñis ipſam multũ ponderauerint ad illud de titulo non col
7 lorato ꝙ regula † procedit vt ſit color quando poteſtas

eſt in conferente naturaliter quantuncunq; ex acciden̄. vel ob regulam ſeu alias fuerit impeditus dūmodo non ſit inducta priuatio ipſo facto a iure vel ab homine pro ut idem Abb.declarat in.d.c.cum noſtris & alii in locis allegatis & dato ꝙ eſſet inducta ſatis eſt ꝙ de ea regula non curauit excipiens ſolum duos caſus iam dictos item decretum expectatiuarum nō impedit reſtitutionem mi nus obſtat regule noſtre quia non eſt de certo vel ſuper certo ſed an aliqua ratio concludatur diſcurro in alle gata deciſiōe prouiſus ab ordinario & ad caſum de quo agitur eſt menti tenenda hec intelligētia ꝙ poſito ſine ꝑ iudicio non eſſet coloratus tit.ſecundum regulas tradi tas per doctores fuit dictum omnem titulum habitū ab ordinario naturali colorare in terminis regule niſi ſit di ſcolor in altero vel vtroque ex caſibꝰ exceptis & in alia materia procederet doctri.doct.& ad illud negaretur reſti tutio in terminis quibus loquuntur doctores conſidera. ꝙ tunc iura merito non aſsiſtunt quia ſumus in actore q ſine canonica inſtitutione aut ſaltem colorata audiri nō debet vt in.c.i.de eo qui mittit in poſſe. cauſa rei.ſeruā. in.vi.& cōmunis opinio Inno.in.c.in literis de reſti.ſpo lia.at hic ſumus in excipiente & reo ſe defendente in ſo

8 la poſſeſsione cum regula † nullum det titulum vt ſemp fuit intellecta dicit Fely.in.c.ſicut de re iudi.xvii.colū.& magis fauent iura reis q̄ actoribus.l.fauorabiles.ff.de re gu.iuris &.c.cum ſint partium eo.ti.in.vi.ad quos opti me facit deciſio.iiii.de re iudi.in no.volēs ꝙ reus & poſ

9 ſeſſor licet de eius nō iure † conſtet poteſt dare obiectus contra perſonam & gratiam ad effectum abſolutiōis nō adiudicationis quia aliud eſt certare de recupando aliud de retinendo & non amittendo vt ibi nimirum ſi ſolum voluit excludere duos caſus ex quo in aliis in ſuperiori poteſtate eſt amouere quemcunq; poſſeſſorem trienna lem ſi non iuſtificet titulum cum non habeat locum regu

10 la † contra ſuperiorem ſed contra partem dumtaxat qa poteſt ſuperior probare intruſionem vt ait Fely. in.d.c.

& col. Item onus & facultas eſt ordinariorum querere de titulis canonicis inferiorum.c.ordinarii de offi. ordi. in.vi.& quod fuit locus exceptioni & tuitioni ſecundum regulam iudicauit d. Hugo.

Octaue deciſio. Summarium.

Eadem regula de triénali locum habet ne dum in habente verum ſed etiam preſumptum titulum vel ſic regula de triennali eſt contenta in titulo preſumpto.

Epithome.

1 Poſſeſſor decennalis iuuatur regula de triennali quia de iure preſumitur habere titulum.
2 Probandi onus defectum tituli in poſſeſſore decennali ordinarius in ſe ſuſcipere poteſt,& quomodo hoc ꝓbari poſſit.
3 Titulus preſumptus admittitur a iure tam in poſſeſſorio q̄ petitorio.
4 Titulum pſumptũ habens an iuuetur regula de triénali.

Deciſio. VIII.

Quamuis regula de triennali tueatur eum in poſſeſſione qui abſq; ſimoniaco ingreſſu ex apoſtolica vel ordinaria collatione aut electione & electionis huiuſmodi confirmatiõe ſeu preſentatione & inſtitutione illorum ad quos pertinet per triennium pacifice poſſederit & ſic illum qui habet titulum, verum nihilominus voluerunt dñi in vna cauſa Bononieñ.de menſe Martii 1519.coram.d.P.de capiſucchis inter Emiliũ de blan
1 chis & queñ.alium ꝙ etiam locum haberet†in eo qui decénio poſſederat & nullũ titulũ producebat ex eo.ꝙ ius preſumit ti.ex ſola poſſeſsione antiquata nam ſiquis vt rector beneficium tanto tempore poſsidet in eo ius

habet & preſumitur titu. dicunt Inno. & Hoſt. in. c. illud
de preſumpt. & in. c. licet Hely. de ſimo. & Domi. conſi.
lxxxvii. apparet. iii. col. ratio quia cum Epi viſitando inq
rant de titulis. c. ordinarii de offi. ordi. in. vi. non eſt pre
ſumendum ꝙ ipſimet ſubditi quoad curata permiſiſſent
tali curſu temporis retineri eccleſiam abſq; canonico ti-
tulo prout abunde Fely. de his in. d. c. illud. iii. col. &. c.
ſicut de re iud. xxvi. col. cum ſe. colligẽs ad propoſitum
auctoritates doctorum vtriuſq; iuris facit etiam ꝙ Lap.
alleg. lxxxix. & Anch. conſi. cxvi. al's. cxvii. Verum eſt ꝙ
prelatus licet ex quo tolerauit diu in poſſeſſione ſubdi-
tum non poſsit eum compellere ad oſtendendum titulũ
2 beneficii tamen poteſt † in ſe ſuſcipere onus probandi
defectum ti. vt. c. dilecto & ibi Abb. de preben. & in. d.
c. licet Hely. & Domi. in. d. conſilio. & in. d. c. ordinarii
hoc autem probaretur ſm Fely. in. d. c. illud &. c. ſicut ſi
conſtaret collationem factam in loco in quo ſemp regi-
ſtrarentur collationes & oſtenderentur illam que aſſerit
non eſſe regeſtratam prout in ſimili tradit Bar. de proba
tione non ſententie in. l. ii. C. de erro. aduoca. & in. l. ti-
tie textores. ff. de leg. i. ꝙ quandoq; negatiua poteſt pro
bari ex inſpectione ſcripture vt ſi nego alii eſſe legatum
apparet ex viſione inſtrumenti vt ibi & in. l. fi. C. de reb.
cre. & facit ꝙ probetur aliquem nõ eſſe allibratum in ci-
uitate ſi non reperitur in libro libre vel non ſoluiſſe cõl
lectam ſi non reperitur in libro ſoluentium ad illud ꝙ di
ſputãdo dicebam regulam ſtricte interpretandam ad. l.
iii. §. hec verba. ff. de nego. geſt. & ꝙ non erat extenden
da ad preſumptum titulum ex quo loquebatur in vero
per verba expreſſa & in quibus caſibus fuit reſponſum
3 ꝙ iura admiſerant tit. preſump. † tam in petito. q̃ in poſ
ſeſſorio & ſi non admiſiſſent niſi reſpectu poſſeſſorii cũ
poſſeſſio decẽnalis defendat poſſeſſorem beneficii ex-
cludendo alium & non det titulum poſsidẽti ut dicit Fe
ly. in. d. c. ſicut. xvii. colũ. omnino idem eſſe debebat in
terminis regule que etiam non dat titu. nec defendit a-

ꝓprietate vt in ſimili inquit Abb.in cap.contingit de do. & contum. propter glo.ſingularem ibi & referendo ſequitur Felyn.in.d.c.ſicut ſecundo quod regula patiebatur interpretationem extenſiuam paſsiue a iure vt in.l. i.§.lex falcidia.ff.ad l.falcidiã.& per Barto. in.l. omnes populi in ſexta queſt.quarte queſt. principalis. xix. col. de iuſti. & iure ſed occurrit quod cum allegatio Lapi. lxxxix.loquatur in ſucceſſore vt non teneatur iuſtificare tit.auctoris vel ꝙ aduerſario ſaltem incumbebat onus probandi ꝙ alium ti. non haberet ſtante ꝙ regula procedat etiam in ti.preſumpto videtur ꝙ non ſit differentia inter eum contra quem agitur vt oſtendat quo ti.ipſe poſsidet & ſucceſſorem contra quem agitur vt oſtendat tit.auctoris ſui quoniã vtroq; caſu tenebitur impugnans docere defectum tituli aut defendet poſſeſſorem titulũ preſumptũ niſi dicas ꝙ preſumptus titulus cauſatur ex diuturna & longa poſſeſsione & etiam in ea eſt quid imputetur tam parti q̃ ordinario ꝙ non eſſet quoad ſuperiorem in poſſeſsione triennii & infra decennium reſpectu ti.cum non procedat regula contra ſuperiorẽ vt eſt dictum in proxima deciſione verum etiam ꝙ in caſu iſto
4 non erat neceſſe diſputare † an regula ſeruiat etiam cum titulo preſũpto ex quo ſine ea titulus preſumptus ſolus defendebat in poſſeſsione ſed deciſ. cum fundamentis ſeruit quãdo eſſemus in ti.preſumpto al's q̃ ex curſu decennalis poſſeſsionis & in ea de triennali quando pinguius in aliquo prouiſum eſſet per regulam q̃ per ſolã poſſeſsionem decennii ne videatur facta diſputatio verbis ꝯtra.l.ii. in fi.C. com.de lega. &.c. cõmiſſa de elect. in.vi.obiiciebatur etiam ꝙ.d. M.de ſpinoſa in vna cauſa monaſterieñ.ſeu alterius dioc.iudicauerat ꝙ nõ ſufficiebat pñtatio ſine inſtitutione nec electio ſine cõfirmatione ex verbis regule in eo ꝙ triẽnio poſſederat ſed reſpondi ꝙ nõ ſunt contraria iuditia ex quo poſſeſſor triẽnalis & non decennalis habet ſolam regulã que requirit ti.verum vel preſumptum qui expremiſsis non apparet

verus neq; pſumptus at in decennali ſi nõ conſtat de vero adeſt preſumptus neq; ob. ſi diceretur ꝙ allegatio lapi. reſtricta eſt ad triennium prout in alia deciſione poſui incipien. lapi allegatio. Quia loquitur in ſucceſſore reſpectu tituli ſui predeceſſoris non reſpectu tituli proprii & reſtrictio nõ facit ꝙ materia. d. c. illud de preſumptis fundatur in poſſeſsione decennii reſpectu proprii tituli reſtringatur ad minus tẽpus & ſit cõtenta triennio.

None deciſ. Summarium.

Eadem regula de triennali non tuetur haben. tit. a Papa quando ſumus in beneficio vacan. apud ſedem apoſtolicam & vt de ſic vacan. non eſt prouiſum.

Epithome.

1 Regula de triennali non habet locum in beneficiis vacãtibus apud ſedem etiam collatis a Papa de tali vacatione mentione non habita nu. 3.

2 Papa quomodocunq; prouidendo an dicatur colorare poſſeſsionem.

Deciſ. I X.

1 QVod nõ poſsit opponi regula de triẽnali † per eũ qui habet a Papa ſi beneficium apud ſedem apoſtolicam vacauit & de taliter vacan. nõ eſt expreſſum fuit tentũ quaſi ab omnibus in vna cano. & preben. Veroneñ. coram domino Corrado manlio quia iſte caſus excluditur a regula non ob. ꝙ Papa dare & in eo caſu & omni alio colorare poteſt vt in c. ii. de prebend. in vi. quia procederet niſi in regula caſus eſſet exceptuatus a Papa nam exceptio debet eſſe de regula & eius materia & firmat regulam in non exceptuatis. l. nam ꝙ liquide. §. fi. de pe. lega. & not. in. l. i. ff. de reg. iur. & in auct.

de non alie. aut permutan. §. vt autem col. i. dicit. n. tex. ſiquis ex apoſtolica vel ordinaria collatione illorum ad quos pertinet poſſederit &c. moleſtari nequeat dūmodo in beneficiis huiuſmodi ſi diſpoſitioni apoſtolice ex generali reſeruatione in corpore iuris clauſa reſeruata fuerint ſe non intruſerit ergo etiam habētes a Papa excluduntur in caſu exceptio quia niſi appareat de contraria mente diſponentis non eſt a verbis recedendum. l. non aliter. ff. de lega. iii. nec verba regule ſunt reſtringēda ad prouiſiones facta ab aliis q̄ a perſona Pape prout a legatis nuntiis & ceteris qui facere dicunt & facerent auctoritate apoſtolica vt in. c. cum aliquibus de reſcrip. &. c. hii qui de preben. in. vi. cum ſimilibus ex quo verba vel ordinaria intelliguntur etiam ſi per ſe ordinarius prouideat item exceptio eſt referenda ad vtrunq; caput regule vt determinetur a tota regula vel excipiat ad totam quia ſi ad alterum voluiſſet Pape excipere dixiſſet & declaraſſet. c. ad audientiam de deci. &. l. vnica §. ſint autem ad deficientis. C. de caduc. tol. item in alia exceptione de ſimoniaco ingreſſu nullus dicet ꝙ habeat locum etiam in prouiſione apoſtoloca igitur idem in iſta vt vtraq; exceptio ab eadem regula vniformem determinationem meruerit. l. nam hoc iure §. ii. ff. de vulga. & pup. &. l. hereditatem. C. de impub. & aliis & per predicta tollitur ꝙ vnus ex aduocatis dicebat ꝙ exceptio ſolū referretur ad ordinarias quia ſit poſsibilis, & conueniēs relatio nō ad apoſtolicas ne videatur diſputari an Papa

a † quomodocunq; prouidendo poſſeſsionem dicatur colorare ſaltem quoniam ſatis eſt ita legiſlatorē voluiſſe vltra predicta ꝙ forte potuit eam ratione ſtatuiſſe quia quando vacat in curia non voluit aliquem defendi ſub pretextu regule niſi ſcienter & prudenter tanquā de tali prouideat que eſt principi peculiaris vt in. d. c. ii. & ne decipiatur ſi id taceret impetrans aut quando motu proprio ipſi Pape non innoteſceret & ſi reddi concludens ratio non poſſet nihilominus diſpoſitio ſeruanda. l. non

omnium.ff.de legi. etiam ſi dura videretur.l.proſpexit
3 ff.qui & a quibus aut ergo Papa † prouidet & non exprimit etiam ſi vacauit apud ſedem & ſtet iſta deciſio cũ exceptione ad regulã pro fundamenta predicta aut prouidet vt de vacantibus in curia etiam regula locum habeat non exceptio ad regulam ex quo Papa ſciens vacationem prouidet quo caſu ridiculum videretur dicere ꝙ colorem non daret etiam in caſu regule & iſta diſtinguẽdo domini inclinabant diſputando quãuis cauſa ex alio capite deciſa fuerit ego vero prout occurrit tentabam ꝙ data veritate huius deciſionis ſed ꝙ non ſit locus regule quando de vacatione apud ſedem in prouiſione non dicitur idem ſit ſi dicatur ex quo regula circa hoc non diſtinguit.l.1.§.generaliter.ff.de lega.preſtañ.&verba huic intelligen.cõueniunt ergo & mens,l.iiii.§.totiens.ff.de damna.infect.item quia in caſu ſimoniaci ingreſſus non defenderet prouiſio Pape ſed regula q̃ de vacantibus apud ſedem igitur nec in iſto vt vna diſpoſitio reſpiciẽs & excludens duos caſus pariformiter terminent vtrunq; vt in.d.l.nam hoc iure & quia ſi voluiſſet cõditor declaraſſet.d.c.ad audiẽtiam vt dicamus ꝙ in neutro caſu ſit vera interpretatio autem in vtroq; tamen iſte paſſus nõ fuit diſputatus ideo conſidera an bona ſit ratio diuerſitatis inter caſum & caſum.

Decime deciſ.Summarium.

Decretum dicte regule eſt perſonale fauore poſſeſſoris tamen ſicut ipſa regula & per clauſulam generalẽ quorum tenores ac ſi de verbo ad verbum insererentur haberi volumus pro expreſſo vel ſimile tolluntur vel ſuſpenduntur ſpecialia & indiuidua.

Epithome.

1 Regula de triennali eſt perſonalis & non realis.

2 Clauſula in gratiis beneficiorum videlicet quorum tenores &c. tollit & ſuſpendit ſpecialia & indiuidua gratiarum precedentium.
3 Decretum irritans requirit ſpecialem mentionem in derogationibus nec pōt per partes decreto renuntiari.
4 Decretum quando eſt acceſſorium ad gratiam ſi derogatur gratie & ipſi decreto derogatum eſſe videtur.

Deciſ. X.

Queſitum fi[illegible] ma Caurieñ. portioñ. quā propoſui. I [illegible] er Gundiſaluū ſalazar & quendam aliū [illegible] do verba decreti regule de triēnali ibi nec non impetrationes quaſlibet de beneficiis ipſis ſic poſſeſsis factas irritas & inanes cenſeri debere decreuit eſſent intelligenda an reſpectu poſſeſſoris ſolū vel generaliter quoad omnes prout eſt interpretata re
1 gula de annali realiter ꝙ quilibet de ea opponere pōt† & dixerunt domini ꝙ dicta regula ſemper fuerat iudicata perſonalis quia verba erant directa ad poſſeſſores cū prouiſione ꝙ poſſet excipere non autem inquietari vt ibi pacifice poſsiderint, & ibi ſuper eiſdem beneficiis taliter poſſeſsis nequeant moleſtari ergo alii de ea opponere non poterant ꝗ̄ poſſeſſores excipiendo ne moleſtentur cum beneficium tanquā perſonale non egrediatur perſonam nec tranſeat ad aliam non poſsidentem. l. quia tale ſol. mat. l. i. §. permittitur. ff de aqua quotidi. & eſti. c. ii. de aucto. & vſu. pal. & regula priuilegium perſonale de reg. iur. in. vi. & ideo decretum dixit etiā eſſe perſonale tanquā acceſſorium ad regulam fauore poſſeſſorum duntaxat cum propter regulam ſit appoſitum vt in. c. inter dilectos circa fi. de fide inſtru. ibi ꝙ ex eo vel ob inter dilectos id dignoſcitur eſſe ſecutum. l. non dubium in fi. C. de legi. regula acceſſorium de reg. iur. in. vi. & facit. c. ſi ſuper gratia de offi. delega. eo. lib. & ꝙ Rota tenet meo tempore ꝙ per clauſulam quorum

2 †tenores ac fide verbo ad verbum insererentur habere volumus pro expreſsis vel ſimile tolluntur vel ſuſpenduntur etiam ſpecialia,& indiuidua gratiarum precedétium & decretum in eis adiectum per conſ. But.ii.ꝙ eſt inobſeruantia licet magis cõmunis opinio videatur contraria ex his que hinc inde colligit Fely.in.c.accedentes de preſcripti.iii. col. vbi refert Fed. de ſe.conſ. ccxxiii. atteſtari ꝙ vario modo diuerſis temporibus fuit ſuper hoc iudicatũ Rome & ſaluat minus cõmunem ad propoſitũ quando ſtilus curie haberet ꝙ ſufficeret predicta métio implicita in terminis de quibus ibi allegando d.conſ.ii.ad hec conferunt que annotaui in illa deciſione incipien. dubitaui in cauſa ſubti. de ſen. & re iudi.& videatur idem Fely.in. c.nonnulli col.ix.ibi fallit ſecundo ver.addatis primo But.de reſcrip.vbi dicit de cõmuni opinione item de ſtilo contrario cõmuni ſententie & colligit ad hoc multorum auctoritates & varias verborum formas ex quibus ea que erant exprimenda nominatim habẽtur pro expreſsis per dictas clauſulas etiam ſi derogetur legi ſeu priuilegio & etiam ſi diſpoſitio ſit ad inſtãtiam alicuius conceſſa ne dum ſi motu proprio que omnia ibi collecta nota in pratica ad hoc Rota vigeſima deciſione in no.& Felyn. in.c.ceterum col.iii in ſecunda limitatione eo.ti.& videatur etiam deciſ.conſ. clxv vbi refert opiniones hinc inde & ponderat ſtilum

3 curie & ad decretum †irritans ꝙ requirit ſpecialem notam & métionem & cui renuntiari non poteſt.c.dilecto de preben.cũ ibi vero de quo per Fely.in.c. cum acceſſiſſent de conſti.iiii.col.& in.c. cum dilecta de reſcriptis in verbo anglia primo.xii.col.cũ ibi.xiiii. &.xv. col. de materia & non videbatur ſublatum al's maxime quãdo in prima gratia cum decreto eſt regula ꝙ iudices ſecundum ipſam debeant iudicare ſublata eis aliter iudicandi facultate prout tenet Villadiego qui fuit auditor Rote in tractatu de poteſtate legati.ix.q.vbi allegat Bar. in.l. neminẽ.C.de cano.fru.vr.ro.lib.xi.reſponderunt Do

mini ꝙ ex quo per regulam quorum tenores derogatur
4 cuicunq; gratie anteriori † ex ſtilo curie cenſeretur etiam derogatum ipſi decreto tanquã acceſſorio quia acceſſorium quandocũq; & decretum ſublata gratia per ſe ſine ea nihil operaretur & dicitur ſublatum vt in.d.c.ſi ſuper gratia cum aliis vnde in hoc Rota non ſequitur opinionem Villadiego facit etiam tex.in cle. vnica de conceſſ. prebend.in princ. vbi decretum appoſitum diſpoſitioni conditionali non habet effectum niſi exiſtat conditio ergo nec iſtud de quo agitur niſi quando eſt locus regule & poſſeſſor vtitur ea pro iſta deciſione fuit adductum ſimile ꝙ ſub vulgari ſubſtitutione non continetur pupillaris tacita fauore matris tantũ vt in.l.precibus. C. de impu. & aliis ſubſti.cũ ibi not.ſed quo ad alios ſic.l. nã hoc iure in principio ff.de vulga.& pupil.

Vndecime deciſ.Summarium.

Poſſeſsio triennii pacifica defendit a pena regule exigentis veram valoris expreſsionem ſecundum communem extimationem al's annullantis prouiſionem vel ſic exceptio dicte regule de triennali competit non exprimenti verum valorem non ob.ꝙ regula de vero valore exprimen.annullet titulum tali caſu.

Epitiome.

1 Regula de triennali deffendit etiam illum qui verum valorem non expreſsit regula de exprimẽdo valore nõ obſtañ.& nu. 9.
2 Titulum coloratum an habere dicatur ille qui verum valorem in gratia non expreſsit.
3 Regule de triennali nunq̃ derogatur in cõmiſsionibus iuſtitie.
4 Preſcriptio requirit titulum & bonam fidem.
5 Decretum Pape irritans inficit titulum & poſſeſsionem

habitam contra decretum.

6 Regula de triennali eſt contenta omni alio colore tituli preter exceptuatos in ea.

7 Regula de triennali deffendit prouiſum ab ordinario de dignitate maiori poſt pontificalẽ & principali in collegiata alia regula non obſtañ.

8 Mala fides quando cauſatur ex errore iuris non nocet quo ad acquiſitionem fructuum.

10 Error iuris dubii excuſat in preſcribendo.

Deciſ. X I.

QVerebatur in vna Barchinoneñ.parrochialis ſancti Vincentii de ſortis de menſe iunii. 1 5 2 2. coram domino Ioan.ant. de triuultiis an ei qui nõ expreſſerat verum valorem ſecundum cõmunem extimationem prout ex regula de vero valore exprimendo ſub pena nullitatis prouiſionis tenetur cõpeteret exce-

1 ptio dicte † regule de triennali poſſeſſore non moleſtando ex quo triennio pacifice poſſederat & cõcluſum ꝙ ſic cum non excludat niſi ſimoniace ingreſſum & de beneficio in curia vacante prouiſum nam exceptio firmat regulam in non exceptuatis.l.nam ꝙ liquide.§.fi.ff. de pe.lega.&.d. B. de petra ſancta affirmauit ſe ſuccubuiſſe in Rota antequã eſſet Aud. ex hoc capite in vna ſua beneficiali cauſa valoris ducentorum ducatorum occurrit tamen contra concluſionem ꝙ regula requirit titulum ad minus coloratum qui non videtur talis quando quis eſt priuatus ſñtia iuris vel hominis ipſo facto ſecundum Lapi. allega.xvi. & Abb.in.c.cum noſtris in fi,de conceſſ.preben.&.regula de valore exprimen. habet decretum annullans taliter ꝙ eiuſmodi prouiſio nunquã dedit titulum vel ſi dicimus tribuiſſe priuauit,eo aut reduxit ad nõ titulum & prouiſus remanet intruſus ac nudus poſſeſſor item preſumitur eſſe in mala fide faciendo contra regulam ideo non debet triennali preſcriptione iuuari

ne iuuari.l.nunq̃.ff. de vſuca.l. quemadmodum.C. de agrico. & cenſi.lib.xi.&.c.qui contra de reg.iur.in.vi. ꝙ ſumus in preſcriptione videtur quia Abb. in ſimili caſu in.c.cõtingit col.iii.de do.& contu appellat preſcriptionem etiam ſi non preſcribatur titulus & regula defendit abſq; eo ꝙ det titulum non contra ſuperiorem qui põt inquirere ſed contra alium qui non auditur neq; in poſ
3 ſeſſorio neq; in petitorio cum nec † per cõmiſsionem iuſtitie vnquã ipſi regule derogetur quoniam ſi fieret eius effectus vacuaretur inquit Fel.in.c.ſicut col.xvii.cũ ſeq. de re iud.& facit etiam glo.fi.in.d.c. contingit loquens de preſcriptione fructuum & requirens ꝙ preſcribens
4 † habeat titulum & bonam fidem & congruit diffinitio preſcriptionis tradita p Abb. ſuper rubri. de preſcript. ꝙ eſt ius ex tẽpore competens auctoritate iuris vim capiens penam negligentibus inferens & finem litibus imponens & q̃uis ſimus ſecundum predicta in preſcriptione regule habet tamen prout ſtatutaria eandẽ naturam quam legalis.l.in contractibus & ibi Bal.C.de non nume.pecu.& alii quos refert Fely.in.c.illud col.ii.de preſcrip. legalis enim preſcriptio exigit bonam fidem.l.i. &.l.ſuper longi.C.de preſcript.lon. tempo. fortius canonica.c.fi.de preſcrip.&.c.poſſeſſor. de reg.iur.in.vi.
5 Preterea dictum decretum † annullans inficit & diſcolo tat titulum & poſſeſsionem.c.ſi eo tempore de elect. in vi.c.i.&.ii.vt lit.penden.& in.c.ii.de preben.eo lib.iũc. deciſionibus Rote Biſignet in antiquioribus ſecũda de dol.& contu.& de reſti.ſpoli.in no.tertia & prima additione & dico latius in illa deciſ.incipien. prouiſus ab ordinario ſed pro concluſione pondera ꝙ eſt dictum re
6 gulam † eſſe contentam omni alio colore tituli conceſſo ab habente poteſtate conferẽdi preter dictos caſus exceptuatos in ea & hoc ſtante ceſſant obiecta & ex eo ẽt
7 ꝙ eſt tentum regulam † ipſam procedere in prouiſio ab ordinario de prima dignitate poſt pontificalẽ in cathedrali aut principali in collegiata non obſtañ. alia regula

reſeruante ſedi apoſtolice talia beneficia & concordatis germanie excludentibus in eis ordinarios cum decreto irritanti prout in illa deciſ. incipien. dubitatum fuit vbi pono quedam motiua facientia ad concluſionem & ad decreti excluſionem ac male fidei que mala fides quando cauſatur ex errore iuris non nocet quoad fructuum acquiſitionem ad doctrinam Bar. in. l. ſed et ſi lege §. ſci re. ff. de peti. here. & Abb. in. c. ſi diligenti col. vi. de for. comp. & quamuis Bart. in. d. §. & Abb. in. c. ad noſtram de reb. eccleſie non alie. ad fi. hoc non admittant, quando ius aperte reſiſtit & dicta regula de exprimen. vero valore videatur reſiſtere annullando prouiſionem ni-
9 hilominos ex quo regula † de triennali excludens predictos duos caſus tantum videtur in aliis preſcriptionem permittere ſeu dare exceptionem vna declarat aliam & ſecundum aliam eſt intelligenda ne ſibi inuicem repugnēt. l. non eſt nouum cum dua. ſe. ff. de legibus. l. vnica C. de inoffi. doti. & c. cum expediat de elect. in. vi. item non ſemper ſequitur lex annullat ergo expreſſe reſiſtit vt in exemplis datis per Bar. in. d. §. ſicut nō ſequitur ſimpliciter lex aliquid fieri prohibet ergo ſi fiat eſt nullum l. non dubium. C. de legi. quia in multis actus valet vt p Deci. exemplificantem in conſil. xvii. & probantem, & quādo ius reſiſtat quando nō vide in illa deci. incipien̄. erat a patrono & videtur magis aſsiſtere propter dictā regulam de triennali vel ſaltem ſi non daretur aſsiſtētia ex ea tollitur reſiſtentia nam aut ſumus in claro ꝙ eſt licita preſcriptio ſeu non ceſſat exceptio ex determinatione deciſionum predictarum duos ſolum caſus excluſos ponderantur vel in dubio ex conflictu dictarum regularum circa earum interpretionem & ex deductis pro & contra in allegatis deciſionibus & alia etiam incipiente fuit etiam concluſum coram. d. Ioan. ant. de triuultiis in
10 quibus videas motiua & tunc error † iuris dubii excuſat in preſcribendo ſecundum glo. & Abb. in. c. de quarta de preſcrip. col. ii. idem ſi ſumus in facto dubio in quo

etiam error preſtat cauſam preſcribendi ſecundum eandem glo. & Abb. ibi & Abb. et in. d. c. ad noſtram exemplificando in eo qui putabat ſolemnitates interueniſſe que non interuenerunt & bona fide fecerit fructus ſuos & ſi talis error non excuſat a pena regule per ſe ſolum bene excuſat concurren. preſcriptione triennali vt hic & in prefatis deciſionibus & hoc modo regule reducuntur ad concordiam, negari autem non poteſt quin in caſu huius concluſionis ſit error in facto dubio circa expreſſionem veri valoris in qua facile erratur cum probabiliter ignoretur vt aperte demonſtro in illis deciſionibus ſuper ipſa regula incipientibus item voluerunt domini & alia fuit etiam in pluribus cauſis.

SVPER REG. DE ANNALI.

Quarte decime deciſ. Summarium.

Regula de annali. xxxii. in ordinatione annullans primam ſententiam licet de ea non ſit datum in prima ſed ſolum in ſecunda inſtañ. vel ſic regula de annali quando ꝓducitur annullat omnia acta iuditii & ſetentias in quacunq; inſtantia producatur, & decretũ irritans ad annullandum ſeu detegendum nullitatem omnium geſtorum contra ipſum & ad impediendum executionem poteſt opponi & ſufficit ꝙ producatur in articulo executionis.

Epithome.

1 Regula de annali ne dum in prima verum etiam in ſecũda & tertia inſtañ. produci poteſt & ſuffragatur etiam quoad nullitatem ſententie & impedit executionem.

2 Extrauagans & conſuetudo non notoria eſt allegãda & probanda in termino.

3 Sententia lata contra regulas cancellarie non eſt ipſo iure nulla niſi fuerint producte. quia iudex niſi produ-

cantur ſecundum earum tenorem iudicari nõ poteſt ꝙ intellige vt nu. 11.

4 Appellatio reſcindit iudicatum & reſtituit appellantem vt poſsit facere omnia que poterat poſt litem conteſtatam.

5 Regula cancellarie habens decretum quandocunq; in iudicio producatur annullat omnia acta etiam ante productionem.

6 Decretum Pape irritans operatur vt ſententia lata contra eum ſit nulla & executionem non mereatur.

7 Decretum an operetur vt annullet ante noticiam poſt eius vſum.

8 Iudex debet habere conſcientiã ex deductis in actis tantum & ſecundum allegata & probata iudicare.

9 Conſcientia publica & non priuata attendi debet.

10 Iudices ſi quid extra iudicium ſibi proponantur aut intelligant nullam fidem adhibere debent donec in iudicio ſint producta & pars citata ad dicendum contra.

11 Sententia lata contra regulas cãcellarie & extrauagantes ſi non ſint apud acta cauſe producte valent quando non habent decretum.

Deciſ. XII.

Obtinuit in vna Viliceñ. ca. & preben. quam popoſui. 1516. in qua dabatur de regula de annali in ſecunda inſtañ. de qua dari poterat in prima ſed nõ erat datum ꝙ prima ſententia erat nulla & tanquã talis an-
1 nullanda idem de ſecunda quando † produceretur regula in tertia & hoc propter decretum irritans in ea appoſitum prout fuit ſepius iudicatum verum huic deci. contradixit ſemper. d. Mercurius de vipera decanus noſter vir profunde memorie p ea que dixit Ale. in auct. iubemus. C. de iudi. nu. 6. quem ſequitur Fely. in. c. i. de re iudi. vii, col. ꝙ quãuis poſt terminum ad probandum poſsint allegari iura vt per Bar. & Bal. in. d. auct. non

2 tamen poteſt allegari extrauagans ſed eſt alleganda † producen. & proban. in termino quemadmodum conſuetudo nõ notoria nec illam habet iudex ſupplere qui eam ꝓbabiliter ignoret. c. paſtoralis de fi. inſtru. & not. Bal. in. l. i. in. fi. C. vt que deſ. aduo. par. iud. ſupple. ergo vel dari non potuit in ſecunda vel ſi potuit nõ fit nulla prima ſed reuocetur ex nouis iuribus propter regulam facit etiã Egi. deciſ. cccc xc. ꝙ vbi quis poteſt defendi ex errore vel alio facto non ſufficit ꝙ conſtet de errore in actis niſi allegaretur per eum cuius intereſt itẽ ſecundum eundem Fely. in. d. c. i. col. viii. poſt alios ſentẽ-
3 tia lata † cõtra regulas cancellarie apoſtolice non eſt ipſo iure nulla quia nõ ſunt conſtitutiones generales allegat Anch. conſ. ccxcii. efficacibus in princ. & ꝙ eſt de ſtilo Rote qđ niſi allegentur & producantur in actis valet ſententia contra eas nec aliter poteſt iudicari ſecundum earum tenorem & ꝙ iſta ſeruantur & in literis habentibus clauſulam decreti ſed pro deciſione poteſt reſponderi ꝙ immo dari poteſt in ſecunda ex quo regula permitit & annullat omnia & pemptorie exceptiones poſſunt poſt litem conteſtatam & ante ſententiam ꝓponi. l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſſe appellatio vero reſcindit iudicatum. l. i. in. fi. ff. ad turpil. & reſtituit in eo ſtatu vt poſsint omnia fieri que poterant poſt litẽ conteſtatam & conſequenter peremptorie opponi non ante vt in. l. ita demum. C. de procur. vbi ita decla. Bar. & Abb. in. c. i. de except. ii. col. & in. c. paſtoralis eo. tit. vlt. col. igitur materia regule poteſt deduci in cauſa appellationis etiam non deducta in principali & noua inſtrumenta & allegationes vt in. l. per hãc. C. de tempo. appell. l. ſcio. ff. de appell. c. fraternitate de teſti. c. cum Ioan. de fid. inſtru. c. conſtitutus iux. glo. in verbo quod aliam vellet de appell. & glo. fi. in. c. cum cauſam eo. ti. nec eſt omnino nouum capitulum quando quidem exceptio que actionem propoſitam reſpicit prout iſta perimens omnia dicitur pendere ex veteribus ſecundum

Bar.in.d.l.per hanc item ſi Alex.intelligeret ꝙ non lice ret poſt terminum in cauſa appellationis dicere contra ꝓducta etiã ſi eſſemus in termino hominis quia eſt quedam continuatio non ſe extẽdens ad appellationem & reſtringitur ad inſtan.opponentis ſecundum But.Ioan. mon.& archi.vt refert Abb. in.d.c.paſtoralis vlt.col.licet teneat contra in hoc quaſi ſuccedat loco termini iuris ſi conteſt.lit.ſed ad caſum noſtrum non ſumus in dilatoriis ex quo regula annullat quo ad iudicem & acta iudicii & deſtruitius quo ad partem, & de iure terminus in peremptoriis non eſt ante ſed poteſt litem conteſtatam ſecundo poteſt dici ꝙ Alex. loquatur ꝙ poſt triennium produci nequeat in eadẽ inſtan.quando eſſet hoc verum non in diuerſa ad alium ꝙ non ſit nulla niſi poſt vſum regule,reſponde pro deciſione paria eſſe in lege ꝙ dicatur nullius exiſtere momenti vel ꝙ pro infecto aliquid habeatur ſed in ſecundo lex annullat vt ab initio.ſ. vt ex tunc non vt ex nunc quoad iuris effectum vt vult glo.in cle.vnica de immuni.eccle. quam dicit Abb. notabilem in.c.que in eccleſiarum in prin.de conſti.ergo a prin.omnia nulla ex quo in decreto regule habetur qđ impetratio cum quibuſcunq; inde ſecutis nullius exiſtãt firmitatis,ad ſtilum Rote & ſcripta per Fely.in.d.c.i.dicit procedere ſi regula nunquã producatur aut quouſq; producatur vt teneat ſententiam & regula extra acta in

5 nulla ſit conſideratione ſecus † ſi producitur quia ſtatim decretum operatur nullitatem etiam retro vel detegitur nullitas per productionem nam decretum irritat omnia & ligat ignorantes.c.ſi eo tẽpore cum ibi not. de elect. in.vi.& vbi eſt clauſula decreti conſenſus partium nihil operatur vt in.c.dilecto & ibi Abb.de preben. facit qđ archi.inquit de decreto in.c.cum de beneficio eo. ti.& in.c.i.§.ex parte de conceſſ.preben.in.vi.& alii in dictis locis & But.Inno.& Abb.in c.ceterum de reſcrip. ꝙ regula decreti operatur reuocationem literarum iuriſdi

6 ctionem & proceſſus ipſo iure & ita in vna † Mediolañ.

caſtrorum hoc tenuit Rota poſtq̃ dominus Hyeronim⁹ de cuſano contra quem & eius vxorem fuerat lata ſentẽtia ad iudicatoria caſtrorum in fauorem Cardinalis ſenogalieñ. vt cõmendatarii monaſterii ſancte Chriſtine per dominum Dominicum de Iacobatiis que dicebatur trãſiuiſſe in rem iudicatam oppoſuit in cauſa appellationis de literis Sixti.iiii.in quibus abdicabat Sixtus a monaſterio beate Chriſtine caſtra & applicabat ſedi apoſtolice decernens irritum & inane quicquid in cõtrarium fieret quia voluerũt dñi ꝙ non eſſet locus executioni quin potius per.d.Sibinicen. qui ob mei abſentiam fuerat ſubrogatus in ſecunda inſtan. fuit prcnunciatum. 1 5 1 6. ſententiam domini Iacobatii fore nullam & non meruiſſe nec mereri executionem neq; curarunt domini pro maiori parte de eo ꝙ Felyn. collationis gratia non animo decidendi ingenioſe tentat in.d.c.ceterum in verbo pri

7 ma reſtrictio ꝙ regula decreti † non operetur reuocationem literarum ante notitiam nec proceſſus aut iuriſdictionis anteq̃ pars excipiat de ſecũdis quaſi intelligatur conditio ſi pars voluerit & ꝙ ſolus vſus operetur nullitatem poſtea geſtorum & decretum incipiat operari poſt illum vſum & non prius quia cõmunis opinio eſt in cõtrarium ex curioſe collectis per eundem ibi a qua in iudicando non eſt recedendum.c.prudentiam in prin. de offi.dele.& per Abb.poſt alios in.c.i.de conſtitu. & ex predictis videtur eſſe nulla ſententia contra decrerum ẽt non producto decreto ſed ſi velimus ſaluare ſtilum Rote & quod ſcribit Fely.in.d.c.i.de re iud.dicamus re vera nullam eſſe quia contra decretum ligans ignorantes

8 & annullans a data ipſius ſed ꝙ iudices † habent conſciẽtiam ex deductis in actis tantum & ſecundum allegata & probata coguntur iudicare vt in.l.illicitas.§.veritas.ff. de offi.preſi.& ibi Bar.& tex.cum glo.in auct.de manda.prin.col.iii.c.Deus omnipotens.ii.q.i.verſ.quando autem &.iii.q.vii.iudicet.c.in preſentia de renuntia.c.i. cum glo.de offi. ordi.& glo.in verbo contra conſcien

tiam in.c.cum eterni de re iudi.in vi.& in.c.paſtoralis.§
9 quia vero de offi.delega.vbi Abb.poſt glo. † refert hãc cõmunem opinionem non eſſe iudicandum ſecundum conſcientiam priuatam ſed publicam ex actis quicquid ſentiat cum Cald. idem Abb. dixtinguẽdo puta cauſam veram nam ſi poſſet iudicari ſecundum conſcientiã extra acta poſſet pro libito iniuſte condemnare aut abſoluere iudex & iuſtificare ꝙ talis eſt conſcientia ſua cuius ſolus deus eſſet cognitor & iudex iux.not.in.c.ſtatutum in.§.acceſſorem de reſcrip.in.vi.& in cle.i.in verbo oneramus de iur.patro. nec poſſet quis conqueri de iudice aut ab eo tali caſu appellare etiam ſi ſuperior ex officio poſſet reducere ad bonam equitatem vt dicit glo. in dicto verbo oneramus & Abb. in.c. ſuper hiis.v. col. de accuſati. & propterea apud eoſdem iudices valida reputatur ſententia & mandabunt dari executioni niſi exceptio decreti vel alia detegens nullitatem vel impediens executionem opponatur.l.iiii.§.condemnatum.ff. de re iudi.&.c.fi. eo.ti. cum ſolum credant actis & extra acta ad nihilum obligantur nam ſiquid extra proponantur aut intelligant nullam fidem facit donec ſit productum, & pars citata ad dicendum contra oblata copia vt tenet Bar.in extrauagañ. ad reprimendũ in glo. in verbo de plano & Lud.ro.conſ.ccccclxix.& facit Egi.deciſ.xxvii. quoniam tunc datur vel non fides prout iura volunt.l.
11 fi.C.de fi.inſtru.vel ſecundo ꝙ ſit hoc in regulis † extrauagantibus & aliis conſtitutionibus non incluſis in corpore iuris vt valuerit ſententia prima & valeat cõtra eas ſi non fuerint apud acta producta quando non habent decretum ex quo poſsint de iure ignorari a iudicibus vt in.d.c.paſtoralis de fi.inſtru.vt tunc productio in ſecunda non annullet primam detegendo a tempore late nullitatem.Sed operetur ꝙ ex nouis annulletur vel irritetur ſecus in habentibus decretũ ex virtute decreti vt ſupra & idem ꝙ in cauſa Mediolaneñ. caſtrorum voluit palacium in vna alia Auinioneñ. coram.d. Nicolao de

ſpinoſa in qua erat pronunciatum in Rota contra quendam ſcolarem Auinioneñ. vniuerſitatis & ſententia tranſierat in rem iudicatam & ſcolaris ad impediendum executionem & docendum de nullitate ſententie produxit priuilegium cum decreto irritanti ꝙ ſcolares Auinioni & non alibi conuenirentur.

Decimetertie deciſio. Summarium.

Eadem regula locum habet in vnione ſeu beneficio vnito contra impugnantem vnionem.

Epithome.

1 Beneficium vnitum perdit nomen beneficii
2 Regula de annali defendit illum qui beneficium vt vnitum poſſidebat.

Deciſio XIII.

VTrum obtinens beneficium vnitum ſi conueniatur ſuper eo ad inſtantiam eius qui impetrauit illud in titulum & tanq̃ de per ſe poſſit excipere de regula de an
1 nali contra impetrantem & videbatur ꝙ non ex quo † beneficium poſtq̃ eſt vnitum perdit nomen beneficii vt Rot. deci. x. de reb. eccl. non alie. in anti. & perpetuitas tranſit in temporalitatem deciſi. ii. de exce. prela. in no.
2 regula vero loquitur de beneficio. ſed contrarium † tenuerunt domini in vna cauſa Bononieñ. de ſala coram domino Iacobo ſimoneta ſcilicet ꝙ fratres ſancti Saluatoris qui beneficium vt vnitum poſsidebant excluſerint impetrantem beneficio regule nam ex perſona actoris impetrantis ius metimur. l. i. §, i. ff. ſi pars. here. peta. & impetrans aſſerebat eſſe per ſe beneficium non autem membrum alterius vel alteri annexum ergo obſtat & regula pro quo etiam in ſimili Car. in cle. vnica. viii. q̃ſtione de ſequeſt. poſſ. & fruct.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Deciſio. decimequarte. Summarium.

Vtrum locum habeat eadem regula contra eum qui impetrauit beneficium propter crimen hereſis in forma iuris vel ſic an hereticus poteſt excipere de regula de annali contra impetrantem beneficium quod detinet vel tercius ius pretendens mortuo Heretico.

Epithome.

1 Hereticus cum ſit priuatus omni titulo & poſſeſſiōe an poſsit ſe tueri regula de annali.
2 Regula de annali emanauit in odium impetrantis & cōtenta eſt detentatiōe etiā abſq; titulo qa realis exiſtit.
3 Executio in bonis hereticorum nec illorum occupatio fieri poteſt ante ſententiam ideo detinendo beneficiū poteſt dare de regula.
4 Regula de annali tuetur execrabilem.
5 Pena iuris non excluditur per penā regule nec ecōtra.
6 Pena duplex & interdum triplex aliquando imponitur delicto quando eſt graue.
7 Nullitas actus eſt pena.
8 Reſtitutio etiam ad detentationem & momentum competit heretico.
9 Poſſeſſor ſeu detentator beneficii reſeruati an poſsit tueri ſe de regula.
10 Regula aſinina appellari poteſt cum de detentatione dicitur fuiſſe contentam.
11 Regula de annali requirit pacificum poſſeſſorem que tamen inficitur p quamlibet moleſtiam iuris vel facti.
12 Sequeſtrum neceſſarium an auocet poſſeſsionem.

Deciſio. XIIII.

PRopoſita fuit ꝙ vtrum regula de annali locum habeat contra impetrantem beneficium ob crimen he-

reſis ſecundum formam iuris coram do. Paulo de capi-
ſucchis in cauſa Illerdeñ.ca.& prebeñ.ac propoſiture in
ter Dñicum pancano & do. Capredo & ſepius articulus
diſputatus. 1519.&. 1520. vna pars Dñoꝝ tenuit ꝙ
1 non primo quia † hereticus eſt priuatus omni titu.&poſ
ſeſsione & regula loquitur de impetrante beneficiũ ab
alio poſſeſſum ꝙ ſit priuatus eſt tex.in.c. quo iure cum
glo.& Domi.& Alex.ibi nu.viij.dicit & Mil.in repto.
in verbo heretici ad omnia beneficia. Item inhabilis ad
quoſcunq; honores & omni infamia infectus.c.ii.de he
reti.in.vi.& per Abb.c. inter dilectos de excep. prela.
vlti.col. facit regula infamibus de re. iur. in.vi.& quod
Domi.& Alex.in.d.c.quo iure & eius bona ſunt ipſo iu
re confiſcata.c.cum ſecundum de heret.in.vi.ergo quo
cunq; iuris beneficio nudatus & conſequenter nõ debet
tueri a regula cum vbiq; iura contra hereticos inſurgãt.
Secũdo prohemium regule a quo finalis ratio ſtatuitur
l.fi.de here.inſti.& per Bar.&.l.ambitioſa.i.q.viii. col.
ff.de decre.ab ordi.faci.venit ad reprimendum impro-
bos motus exquirentium lites ſed iſte eſt impetrans hoc
caſu in forma iuris prout ex ſtilo ſignature regula appo
nitur & de prouiſione & collatione prout de iure & in-
forma iuris que ſi non apponeretur cancellaria aliter nõ
expedit literas & alias tenet de iure ſe inſcribere.l. qui
crimen qui accuſa.nõ poſ.l.ſi veris.C.de fi.inſtru.c.tue
de procura.&.c.qualiter & quando el.ii.de accuſa.ergo
in eo propter periculũ pene ceſſat improbitas & debet
ceſſare diſpoſitio.l.adigere.§.ꝗuis.ff.de iurepatro.&.c.
cum ceſſante de appella. Tertio non debet quis duplici
pena puniri.l. ſenatus.ff.de accuſa.c. at ſi clerici.§. de
adulteriis in fi.de iudi.facit.l.diuus Marcus.ff.de offi.
pſi.&.l.antepe.C.de pe.& ſi locus eſſet regule ſuccede
ret duplex pena igitur ſufficiat vna alia pars tenuit affir
2 matiuam.primo quia regula emanauit † in merum odiũ
impetrantis vt in prefatione & nullo modo in fauorem
poſſeſſorum.ſecundo quia non requirit poſseſsionem

ſed eſt contenta detentatione etiam abſq; aliquo titu Item realis competens cuicunq; ſicut ſemper eſt intelle-cta,& non eſt recedendum a tali interpretatione.l. mini me.ff.de legi.cuius contrarium eſt in regula de trienna li que exigit titulum & eſt mere perſonalis ergo hereticus quemadmodum quilibet alius debet poſse dare de ea
3 & ex quo detinet cum non poſsit † in bonis ipſius execu tio aut occupatio fieri niſi feratur ſententia iuxta termi-nos.d.c.cum ſecundum.tertio contra impetrantem per
4 extrauagantem execrabilis Io.xxii.locum † habet regu-la vt tenuit Rota ſm glo.regule.habeat ergo locum iſto caſu ex quo vterq; eſt priuatus & inhabilis ipſo iure & p predicta eſt euacuatum primũ fundamentum partis ne-gatiue nec refragatur ꝙ ſit omni beneficio iuris excluſus ex eo ꝙ regula non attendit ad perſonã poſsidentis ſed dumtaxat impetrantis ãd ſecundum poteſt dici ꝙ non probato ſtilo adducto contra affirmatiuam ꝙ cancella-ria ita interpretetur in tali impetratiõe improbus etiam videtur impetrans beneficium heretici & cuiuſcunq; al-
5 terius ſi vincatur Item † pena iuris non excluditur per pe nam regule nec econtra.ad tertium dicas ꝙ illud de nõ
6 imponenda duplici pena fallit quando delictũ † eſt gra-ue & multiplici pena plectendum nam multiplex impo nitur in.c.cũ eterni tribunalis de re iudi.in.vi. & duplex in cle.ad compeſcẽdas de ſequeſt.poſ.& fruc.& triplex in.c.ii.de pe.& re.& ſic in infinitis iuribus vt in.l.quiſqs C.ad.l.iul.maie.&c.Ita etiam ſentit glo.in.d.c.at ſi cle-rici ſufficere alteram quando vtraq; per ſe eſt ſufficiens al's bene infertur duplex allegat ad hoc multa iura in ca-ſu autem regule iam ponitur duplex aut triplex vt pecu niaria cancellarie apoſtolice damnorum & itereſse poſ
7 ſeſsori ac nullitatis omnium geſtorum cum nullitas † a-ctus ſit pena.l.ſenatus.ff.de contra.empti.& vendi.c.di ſpendia de reſcrip.in.vi.& glo.in.c.decet.§.ordinarii in verb.proceſsus de imu.eccle.eo.lib.& de mate.& an ſit naturalis & proprie pena irritatio proceſsus vide Filip.

franc.in.c. fi.de elec.eo.lib.ii.col.& Fely. in.c. ceterum de reſcrip.in verbo prima reſtrictio & magiſtraliter Domi.in.d.c.fi.col.iiii.igitur ceſſat articulus cum conditor non fuerit contentus vna pena. Item per penam regule ſatisfacit tantum conditori qui ſolum voluit punire impetrantem non priuilegiare detentorem aut in peccato defendere ꝙ ſine titulo canonico detineat.c.vnico de eo qui mi.in poſ.cauſa reſ. ſer.&.c.i.de reg.iur.in.vi.nõ obſtañ.ꝙ mandet ei ſatisfieri de damno & intereſſe qa in hoc proſpicit ne damnum patiatur,non vt lucrum capiat & diuerſa eſt ratio.l.fi.C.de codicill.per penam autẽ inſcriptionis eſt etiam prouiſum parti.contra quam opponitur de crimine ergo de vna ad aliam non inferẽ ex quo ad diuerſa reſpiciũt.l.papinian⁹ exuliſt.de mino.& l.fi.ff.de calumniato. Quarto pro affirmatiua ꝙ ſi inſpecta perſona heretici non eſſet locum regule erimus in tertio.ſ.R.cabredo cui erat ꝓuiſum in partibus per priuationem dalmatii toloſe condemnati de hereſi & Cabredo non erat incapax nec inhabilis vt admittamus ꝙ tertius poſſit dare de regula vel ex pſona ſua habili qa deuenit beneficium ad eum in quo regula loquitur & a principio locum habuiſſet.l.huic ſcripturẽ.§.fi. cum.l.ſe.a contrario ſenſu.ff.ad.l.aquil.vel ex perſona heretici impediri a ſimili eius quod dicitur in.l.poſt mortem §.fi.ff.de bo.poſ.contratab.& no.in.l.qui ſe patris. C. vnde libe. Sed pro affirmatiua huic motiuo reſpondeꝙ ab initio inſpicitur an locus exiſtat regule quando fit impetratio contemplata natura & forma impetrationis & perſona poſſeſſoris tunc non alia vt qualitas temporis verbi.&c.l. in delictis.§. ſi extraneus de noxa.&.l.titius ff.de mili.teſta.& vt ſtatim dicamus habere vel non locum regulam que omnia a principio annullat & ſi dicimus locum non eſſe ab initio conſiderata perſona poſſeſſoris in crimine hereſis neq; erit ex poſt facto ad regulam non firmatur de reg.iur.in.vi.effectus namq; regule ꝙ ſit vel non ſit iam eſt conſumatus eo momento

vnde non debet ceſſare ceſſante vel mutata qualitate p/ſone ex interuallo ſm Bar.in.l.titia.§.imperator de leg. ii.& in.l.pluribus.§.fi.ff.de verbo.obli.& illud ꝙ in execrabili habeat locum regula non eſt ſimile cum execrabilis non ſit ita priuatus & exoſus ſicut hereticus quia remanet poſſeſſor & quidem coloratus & ad effectum recuperande poſſeſsionis ſm Rotam in vlti.tamen additione & opinione ad deci.iii.de reſti.ſpol.in no. & non poteſt a poſſeſsione amoueri ſine citatione.c.licet epus de preben.in.vi.ſuper quo tamen videndum que opinio approbetur in practica allegabatur etiam pro negatiua ꝙ omnino tam poſſeſsio ꝙ detentatio in heretico ſunt improbata a iure vt inquit Alex.in.d.c.quo iure vit.col. & propterea negatur reſtitutio etiam ad detentationem
8 † & momentum ad quod Rota reſtituit ar.l.cum ſponſus ſponſe.§.fi de publici.ff.put Alex.refert & quicunq; detentator pro ſua detentatione habet remedia iuris ad eam recuperandam.ſ.canonem reintegranda.iii.q.i.ſecundũ But.in.c.ſepe de reſti.ſpo.& Alex.in.l.i.in prin. xix.col.ff.de acqui.poſſ.pro qua conſideratione occurrit ꝙ detentatio heretici nullum habeat iuris fomentum nec poſſet aliquem effectum producere nec conſequenter dici ꝙ detineat ſicut dicit Rota in.d.deci.iii.in.i. additione de poſſeſsione beneficii litigioſi propter decretum.c.ſi hii contra quos vt lit.pen.in.vi.in iure notoriũ cum ſit ſimiliter contra hereticum in.d.c.ii.§. hereti. de hereti.eo.lib.ad hoc pertinenter facit quod Fely.ad intellectum huius regule tradit in.c.in noſtra corro.xxxvi.
9 vbi tandem tenet ꝙ poſſeſſor † ſeu detentor beneficii generaliter reſeruati nõ poteſt dare de regula propter decretum notorium in corpore iuris quod excludit ignorantiam quia ſatis eſt decernere ꝓuiſiones irritas ad hoc poſſeſsio & detentatio que ſequitur etiam ſint infecte, vt dicit tex.expreſſe in.c.ſi eo tempore de elect.eo.lib. videlicet ꝙ omnia que ſequuntur poſt ipſum decretum ſint infecta nec.d.c. ſi hi contra quos dicit ꝙ poſſeſsio

afficiat,& tamen eſt infecta & reprobata ſed ꝓ affirma-
tiua reſponderi poſſet ꝙ cum regula contentetur qua-
cunq; detentatione etiam de facto &abſq; aliquo titulo
ſolum factum reſpiciente in poſſidente non ius aut ꝙ
producat iuris effectum maxime ſi ſit contra impetrantē
dumtaxat edita & non ignorabat conditor poſſeſſorē
aut detentorem ſine titulo nullum ius habere in benefi-
cio nec debere in eo tueri & nihilominus ita voluit. Ve
rum pro negatiua proponebatur ꝙ ſi quelibet detenta-
tio locum haberet regula procederet in layco iudeo &
muliere detinentibus quod abſurdum videtur & quod
pro abſurdo & claro ꝙ in talibus regula non haberet lo
cum tenebant dñi de Parco in cancellaria pro qua opi-
nione facit quia lex intelligitur de idoneis.l.vt gradatim
poſt prin.ff.de mune.& hono.& titulus beneficii nō ca
dit in tales licet cadat in homicidas illegitimos & alios
non reprobatos de quibus per Abb.poſt Inn. in.c.cum
ueſtris col.fi.de conce.preben.& Ancha. conſi.cxvii.&
Abb.in.c.querelam de iureiur.& Fely.in.c.ii.de reſcri.
quod ſi verum eſt minus debet locum habere in hereti-
co qui magis ꝙ̃ femina & laycus peccat. Et ſi gloſator hu
ius regule tenuit affirmatiuam ꝙ ex his omnibus con-
ſtat non dixiſſe verum quãuis etiam ad iſtud vltimum di
10 ceretur regulam † aſinina detentatione fuiſse contentam
& nullomodo reſpexiſse ad perſonas paſtorum nec di-
xiſse dũmodo al's ſint habiles.ex quibus omnibus arti-
culus fuit dubius aliquibus ex dñis nunc in vnam nũc in
aliam partem inclinantibus quare pro negatiua conſide
ratum etiam fuit ꝙ inquiſitores heretice prauitatis ſeque
ſtrauerant beneficia ſeu fructus beneficiorum dalmatii
incarcerati taliter ꝙ fuit abdicata aut turbata poſseſſio&
11 detentatio ſi qua erat,& † regula que requirit pacificum
poſseſsorem excluditur per quamlibet moleſtiam iuris
vel facti vt Rota.iii.de preben.in no.in additione.Item
quia inquiſitores fructus percipiebant ergo dalmatius
non pacificus.c. ſi tibi conceſso.de preben. in.vi. Iuxta

dicta deciſio quod vt vacent priora beneficia requiritur ꝙ adminiſtrationem bonorũ eccleſiaſticoꝝ vel maioris partis qs habeat vt dicatur pacifice poſſidere, ſed ex ad uerſo reſpondebatur ꝙ tale ſequeſtrum, quia neceſsariũ non voluntarium non abdicabat poſseſſionem.l.inter⸗ eſse.ff.de acqui.poſ.& ꝙ materia.c.ſi tibi conceſso pro cedebat quando tertius percipiebat fructus ad ſuam vti litatem quia erant ei debiti vel aſſignati prout in.c.ſi ꝓ⸗ pter de reſcrip.in.vi.cum ſi.ſed inquiſitores perceperát nomine Dalmatii vel ſaltem ad eius cõmodum quia ſub ueniebant ex illis Dalmatio in victu & aliis neceſsariis vſq; ad ſatisfaciendum creditoribus & tandem nõ diſcuſ
12 ſo hoc articulo an ſequeſtrum neceſsarium auocet † poſ ſeſſionem nec ne ſuper quo videantur Bar.in.d.l.inter⸗ eſse Bal.& Saly.in.l.vnica.C.de prohi.ſequeſtra.pecu. Pau.& alii in cle.vnica de ſequeſt.poſ.& fruc.& Io.an. in.c. examinata de iudi. vbi refert opiniones vnus ex dñis qui defenſauerat affirmatiuam declinauit ad nega⸗ tiuam ſeu ex premiſſis ſeu ex hoc magis ꝙ inficiari non poſset quin per huiuſmodi ſequeſtrum fuerit detẽtatio abdicata aut turbata etiam ſi panderet ad cõmodum fie ri Dalmatii quia forſan inquiſitores prout eis placebat non al's prouidebant neceſsitatibus Dalmatii. Et domi⸗ nus Paulus cum ſex votis quatuor contrariũ tenentibus pronunciauit pro parte negatiua.

Decimequinte deciſio. Summarium.

Eadem regula de annali procedit in impetratione eti am ex conceſſione alterius aut qualibet alia vacatione expreſsa de verbo generali.

Epithome.

1 Regula de annali ne dum in impetrationibus certo mo⸗ do verum etiam in ceſsionibus.

2 Impetrans

2 Impetrans ad obtinendum tenetur dare & probare aliquem modum vacuandi certum.

Deciſio. XV.

LOcum habet prefata regula de annali non dum quando quis impetrat beneficium tanq̃ certo modo va-
1 cans verum etiam ſi impetret ſibi prouideri aut † prouideri mandare ex reſignatione alicuius ſicut in ſupplicatione dici ſolet ꝙ T. cedere proponit prout cedit & ſupplicat ſibi prouideri & ita de menſe Iunii. 1 5 2 1 . corã domino ſibiniceñ in vna Ceſaraugustana dixerunt dñi abſq; alia diſcuſsiõe quaſi modus eiuſmodi impetrationis ac vacationis certus ſit videlicet ex reſignatione ſi ex ea vacat & ita in quolibet alio modo expreſſo in indiuiduo aut ſub generali verbo vel clauſula quouis modo de natura & virtute cuius Rota prima de reſcript. in nodico in alia deciſione incipiente voluerũt dñi cum opor
2 teat ad obtinendum † dare & probare aliquem modum vacandi & quidem certum & verba regule ſic verificantur, & quod ita fuerat obſeruatum dixerunt dñi. l. minime. ff. de legi. non obſtañ. ꝙ dicebam ponderandũ eſſe rationem regule an ex cauſa ceſsionis impetratio eſſet modus improbus exquirentis litem tanq̃ data vacatione ex ceſsione ſatis videretur extra culpam & dolum qui veritatem expreſsit licet poſſeſſorem tacuerit cuius reſpectu alia expreſsio neceſſaria non fuiſſet etiam ſi de eo impetrans dixiſſet.

Decimaſexta deciſio. Summarium.

Regula de annali licet ſit realis non procedit ſi infra annum ſententie diffinitiue poſſeſſor conuentus ceſſerit vel deceſſerit idem ſi ante lapſum ſex meſium datorum ad faciendum vocari poſſeſſorem ad iudicium tam in terminis huius concluſionis q̃ proxime.

Epithome.

4 facti & ne dum in talibus verum etiam in reſcriptis† nō preſumitur habere ſcientiam iuris ita propram propter multitudinē reſcriptorum que cōcedit inquit Fely.in.c.nōnulli de reſcrip.in.ii.regula.xi.col.dicere igitur nō poſſumus ꝙ ſciens & prudens de facultate nominandi de reuocatione & an iterum conceſſiſſe vel non ac de temporibus de nouo concedere voluit & per hoc reſpondetur ad iura que in materia preſeruationis allegari poſ ſunt quando operaretur inductionem & ſumus in eo ꝗ poteſt inducere de quibus per Modernos in.d.l.iii.in principio de acqui.poſ.maxime attento more principis qui ſimiles nouas conceſſiones pro paucis & deliberato facere ſolet & tunc non per vnam clauſulam exceptiuā in gratia tertii appoſita ſed per ſupplicatiōes breuia aut literas plumbatas & iſte ſtilus declarat mētem principis l.vel vniuerſorum.ff.de pig.actio.c.ex literis de conſtit. Fely.in.c.in noſtra in.xx.cotto.de reſcrip. Tertio eſto

ſine veri preiudicio ꝙ poſſet cõſiderari exceptionem in ducere nõ procederet in iſto caſu in quo ſumus in odioſis.c. quamuis.c.cum in illis.§.cum autem de prebẽ. in.vi. quoniam vt dicit Abbas in.c.ad audientiam de cler. nõ reſi.illud ꝙ exceptio firmat regulam non habet locum in materia reſtringibili & Fely.collegit in.d.c. quoniam frequenter.ii.col.& limitatione facit quia dictiones preter & niſi ſunt exceptiue.l.ſi ita quis legauerit ꝙ ibi Bal. de leg.i.& preter ſui natura excludit vt ibi & in.l.nullam ff.de diuor.& Inno.in.d.c.duduꝫ in fi.& licet quãdoq; ponatur exceptiue quandoq; implicatiue tamen vbi ſumus in caſu odii vitandi nõ implicat ſm Bal.in.d.l.actione.C.de tranſactio.& ſi gratia eſſet motu proprio oino preiudicat ordinarie poteſtati & dicitur odioſa ad gl. in c.preſenti de off.leg.in.vi. non obſt.ꝙ etiam viſus eſſet velle innouare nominandi poteſtatẽ ſublatam ꝓ ſuo rege quia ſolum agebat ei non diſplicere preſeruando q̃ſi ſcilicet ſtaret nominandi facultas alias bona & viua non mortua & ſublata quo caſu ſolius principis eſt vt reſurgat per vias & formas de quibus eſt dictum ſi inſpiceret animus oratoris potius ꝑſumeremus ꝙ mortuam nominationẽ in preiudicium gratie ſue voluiſſet ſuſcitare ar. l.iii.ff.de mili.teſt.l.quod fauore.C.de leg. cum caritas quando nihil tollit regi quod valeret ſibi ſit proximior l.preſes.C.de ſer.& aq̃.c.niſi ſpecialis de aucto. & vſu pal.glo.in verbo conſtituemus in.c.quoniam de immu. eccle.in.vi.ad illum quod ex tacito etiam conſenſu res ipſa reſurgit reſponſum eſt per.d.l. qui res.§. area & ꝙ excluſa certa ſciẽtia Pape nullus adeſt conſenſus nec eſt verum oratorem iuri ad rem ſibi preiudicaſſe ſi concurrebat cum eo nominatus forſan ex eo ꝙ a Papa fecerat aut poni paſſus fuerat clauſulam exceptiuam nominationum ex quo tali iuri de facili renunciatur.c. ad audientiam ſecũdo de reſcript.vbi docto. quia ex predictis plene eſt rñſum.& quod nõ tenet non impedit.d.c.non ꝓſtat.Nec propterea inferretur renunciatio iuris ad rem.

Tertia deciſ. Summarium.

Beneficia que Leo.x. in ſua regula generaliter reſeruauit in ſex menſibus vacan. & vacatura dicuntur generaliter non ſpecialiter reſeruata & videndum que ſit generalis que ſpecialis.

Epithome.

1 Reſeruatio inducta per regulas eſt generalis non ſpecialis.
2 Regure cancellarie quando conficiuntur qui conueniāt in earum confectione.
3 Reſeruatio ſpecialis que ſit & nu.4.
5 Reſeruationes an ſint odioſe.
6 Verba ſi vulgariter proferantur & in latinum reducantur ſecundum iuris diſpoſitionem intelligi debent.
7 Reſeruatio generalis que ſit.

Deciſ. III.

COnceſſerat Papa Maximiliano romanorū regi poteſtatem porrigendi preces ad quecunq; beneficia exceptis generaliter reſeruata ſucceſsit regula reſeruās generaliter omnia beneficia in Ia.mar. maio. Iulio ſep. & nouembri vacantia ſeu vacatura vacauit vicaria vocata elimoſinaria in eccleſia argentina preces fuere porrecte pro clemente qui habuit poſſeſsionē Henricus apoſtolicus dicebat nō valuiſſe precum porrectionē in vicaria ex quo vacauerat in menſe regule & erat reſeruata generaliter fuit dubitatum coram domino Barto.de petra ſancta qui ſepius propoſuit de menſe nouembris. 1519.an reſerua.inducta per ipſam regulam eſſet generalis vt prouiſus apoſtolicus pretēdebat vel ſpecialis prout precarius aſſerebat & poſt plures diſputationes i Rota & verbum etiam in ſignatura gratie factum ꝗ fie

L.

ret declaratio vbi nihil fuit determinatum Rot. per ma
1 iori parte concluſit reſeruationẽ eſſe generalem † & hec pars mihi placuit primo quia id ſonat verbum generaliter in quo nulla eſt dubitatio. l. ille aut ille §. cum in verbis. ff. de leg. iii. ſecundo quia hanc interpretationem facit Papa in ſecunda regula & in tertia in craſtinũ aſſumtionis nam in ſecũda dicit item reſeruauit ſpecialiter omnes eccleſias etiam patriarchales epiſcopales archiepiſcopales nec non omnia monaſteria virorum valorem cc. flo. aur. exceden. in tertia vero dicitur item reſeruat generaliter diſpoſitioni ſue omnes dignitates maiores poſt pontificales non eſt autem dicẽdum ꝙ in principe & eis aſsiſtentibus in edendis regulis cadat ignorantia proprietatis verborum cum habeat iura in ſcrinio mentis. l. omnium. C. de teſta. c. i. de conſti. in. vi. quoniã potius tenẽdum firmiter ꝙ nihil ſuperfluum apponat nec verbum aliquod ſine miniſterio. l. i. ff. ad muni. §. quibus in. l. cõſt. C. & in proem. decretal. Bal. in rub. c. de emp. & vẽd. q. ix. & in. l. i. poſt glo. ff. ꝙ met. cauſa nec admittendum ꝙ eodem die & verborum contextu & in eadẽ materia ſub verbo generaliter itellexiſſet de ſpeciali vel econtra aut de omnibus ꝙ eſſent eiuſdem nature quia ſuperflue alterum apponeretur immo magnam dubitationẽ induceret ꝙ ſub verbo ſpecialiter reſeruamus concluderet generalis ſeu econuerſo cõtra. l. iiii. ff. de vſur. c. ſolite ver. ꝙ autem iunct. glo. de maio. & ob. xix. diſti. ſi romanorum ſaperet enim vel ſuperfluitatem vt eſt dictum vel errorem ſicut dicitur de teſtatore in. l. ſiquis in fundi vocabulo. ff. de leg. i. l. ſi in nomine. C. de teſta. ꝙ in principe nefandum eſſet aſſerere qui in editione regularum non decipitur minori intelligẽtia in quo caſu ceſſaret preſumptio. d. c. i. de conſtitu. ſecundum glo. xxiii.
2 diſt. preterea † ex quo conueniunt ad eas abbreuiatores de maiori preſidentia, duo auditores Rote antiquiores totidem aduocati ac procuratores magis docti & pratici cum aliis propter quos dicitur principem non poſſe

in iure decipi nec tunc etiam vadit venatum vt ſecum nō habeat ſapientes quo tempore ſiquid ſtatueret poſſet errare inquit Bal. in l. preſcriptione. iiii. col. C. ſi contra ius vel vti. pub. & Fely. c. in noſtra de reſcrip. iiii. cor. ſura nāq; queadmodum regule cancellarie predicte mature fiunt & de liberate. l. humanū. C. de legi. c. ii. de elec. c. l. de pact. de regula ſicut lex debet eſſe manifeſta certa & clara necaliquid per obſcuritatē incertum captione contineat. c. erit autem. iiii. diſt. c. abbate ver. hic aūt ſenſus de verb. ſigni. & per literarum aut verborum debitam conſonantiam & conſequentiam eſt explananda l. i. circa fi. C. de vet. iur. enuc. & proculdubio incōſulte digeſta obſcura & captioſa eſſet ſi ſub verb. generaliter acciperetur ſpecialis & etiam contra tex. in auct. de teſt. imperfec. §. nos igitur omnia col. viii. ſtemus ergo ꝓprie ſignificationi verborum ne abſurdum ſequatur ꝙ vnum verbum inducat aliud q̄ ſonet. l. fi. C. de vſur. in auct. de de non eli. ſe. nuben. §. vt igitur. d. c. ſolite poſt prin. c. nō inferior de maio. & obb. al's ignoraſſet conditor vocabulorum naturam facit quia a voluntate Pape pendet ꝙ reſeruatio dicatur ſpecialis vel generalis ſed ea eſt naturalis interpretatio volūtatis que ex verborum ſumitur toti. de verb. ſigni. ff. & C. & in decret. l. labeo ver. idem tubero. ff. de ſupel. leg. c. ii. requiris de appe. & ibi Abb. colligens ꝙ verba dicta ſunt ad omnem intentionē exprimendam & ſunt ſigna intentionis. xxii. q. ii. is autem a qua interpretatione diſcedere non licet niſi de alia diſponentis mente appareat. l. non alr. ff. de leg. iii. & ſi diuerſum ſenſum a ſono vocabulorū ſenſiſſet vtiq; dixiſſet aut oſtendiſſet in aliqua parte regule. c. ad audientiā de deci. l. vnica §. ſin autē ad deficientis. C. de cad. toll. cum igitur verba ſint aperta non recedamus ab eorum proprietate ne violemus cōtra id qđ cōditor ſenſit ſatis
3 clare per dicta verba. l. pen. C. de lib. preter. ceterum † reſeruatio ſpecialis dicitur que fit de certo corpore beneficii & pro certa perſona item que fit quo ad certū coe

pus beneficii ſeu beneficiorum nõ tamen pro certa perſona ſecundum Gemi. conſi. xii. & Rot. de preb. in anti. xxvii. ſed regula Leonis nõ eſt de certis corporibus nec pro certis perſonis ergo generalis ſecundum iſtam conſiderationem. vlterius ſecundum predict. in dictis locis beneficia officialium & aliorum per extrauag. Io. xxii. ex debito & benedicti. xii. ad regimen dicuntur generaliter reſeruata idem ergo in reſeruatis per regulam cum non poſſit reddi diuerſitatis ratio. l. a titio. ff. de verb. oblig. ex quo tam reg. q̃ extrauag. ad regimẽ & ex debito ſunt conſtitutiones extra corpus iuris & temporales non ob. ꝙ dicitur in. d. deciſione beneficia vacaſſe apud ſedem quia intelligitur verum non vacaſſe ſed per declarationẽ Io. xxii. factam in. d. extrauag. ex debito vbi declarat beneficia vacare apud ſedem vbicunq; officialis mori contigerit ibi epiſcopales & quod vere extra curiam vacaſſent non apud ſedem colligitur ex deciſione que loquitur de beneficiis ſubcollectorum qui vt in plurimis colligunt in partibus licet neceſſario non inferatur quia potuiſſet mori in curia ſed ſi loqueretur de vera vacationẽ apud ſedẽ de nõ dubio fuiſſet caſus ſtante. c. ii. de preb. in. vi. contra. l. ꝙ labeo. ff. de carbo. c. cũ in iure in parte deciſa de offi. deleg. & dũ deciſ. allegat extrauag. intelligit iux. eius declarationem dicendo de vacatione in curia. l. imperator de indiẽ adiect. Bar. in. l. non ſolum §. liberationis. ff. de lib. leg. hanc partem tenet etiam glo. in regula. lxii. ꝙ quamuis reſeruatio inducatur per regulam tamen ſi in ea dicatur ꝙ Papa generaliter reſeruat erit generalis. & ad deciſionẽ. xxi. de preben. in no. que vult ꝙ ſpecialis reſeruatio dicatur inducta per regulas & generalis per. d. extrauag. ad regimen reſpondet ꝙ procederet quando in regula non eſſet verbum generaliter ſed ſine eo aut cum verbo ſpecialiter & hoc modo concordat regulas pro qua interpretatione facit quia cancellaria que in iſtis eſt organum Pape & a cuius obſeruantia colligitur mens ipſius ad ea que Fely. not. d. c. in

noſtra.xxviii.cor.dicit in expeditione ſeu ex eo ꝗ fami liaris videtur aut.N.Cardinalis ſeu officialis fuit genera liter reſeruata examinãt vnde ipſius atteſtationi ſtãdum cle.i.de probat.l fi.C.de legib.l ex facto.ff. de vulg.& pup.c.cum veniſſent de iudi.& ita inquit de regula.lxii ſed contra predicta faciunt dicta deciſio.xxi.&.xiiii.in antiq.eod.ti.ac Mil.in ver.reſeruatio in repertorio vbi habere reſeruationem etiam ſpecialem que fit per regu las quodq; beneficia collectorum & ſubcollectorũ ſunt ſpecialiter reſeruata prout etiam inquit deciſio.ix.de preben.in no.ita fuiſſe determinatum in Rota & per di ctum vicecancellarium pro ſolutione poteſt dici audiui a domino Angelo aduocato hic ꝙ.d.deci.xxi. loquitur de regula cancellarie.lxiiii. diſponente de beneficio va caturo per contractum matrimonii prout in ea vt tale beneficium non cenſeatur ſpecialiter reſeruatũ nec affe ctum niſi ſequatur matrimonium quaſi a contrario ſenſu arguẽdo.l.i.§.huius rei de offi.eius.l.inter ſocerum.§. cũ inter.ff.de pact.dot. & Papa mandando prouideri per contractum matrimonii de vacaturo videatur reſeruare ſpecialiter de certo beneficio vel habito reſpectu ad ef fectum in euentũ vacationis ſit ſpecialis ex eo quia Pa pa reuocando ſpeciales reſeruationes excipit eas quarũ litere per cancellariam expediri conſueuerunt puta per contractum matrimonii ingreſſum religionis &c.in qui bus non datur votum captande mortis prout al's in.c.ne captande de conceſ. preben.in.vi.cum exceptio firmet regulam in non exceptuatis & ſit de natura regule.l.nã ꝙ liquide.§. fin. de pen.legi. & in.l.i. cum ibi not.ff.de reg.iur. & in.hoc conuenit.d.deciſ.xxviii.cũ Gem.in.d. conſ.ſcilicet ſpecialem eſſe que fit de certo corpore be neficii ad hoc quia ſi reſeruationes de certis bñficiis in ducte per regulas eſſent ſpeciales cenſerentur omnes re iocate per regulas reuocatorias reſeruationum ſpecia lium precipue quando etiã reuocantur mentales in qua rum reuocatione requiritur mẽtio ſpecifica ſicut in pro

uiſione beneficii mentaliter reſeruati etiam motu ꝓprio facta ad hoc vt valeat ſecundum hodiernam obſeruantiam vt dico in alia deciſione incip. mẽtalis reſeruatio & dicerentur tantum exceptis a reuocationibus ille ſuper quibus litere per cancellariam expediũtur vt eſt dictum & non ille que ſunt inducte per regulas generales ſuper quibus litere per cancellariam expediri non conſueuerunt, quo vero ad regulam reſeruantem beneficia collectorum reſponde ꝙ olim debebat eſſe abſq; verbo generaliter alias contrarie eſſent deciſiones regule & iſtud magis ꝓ concordia credendum. l. vnica. C. de inof. dot. c. cum expediat de elect. in. vi. ſed ob. etiam quia lex nõ ſit verbis ſed rebus. l. ii. in fi. C. com. deleg. c. cõmiſſa de elect. in. vi. nec interpretatio ex verbis ſummitur ſed potius ex cauſis & mente ꝓferentis. c. intelligẽtia de verb. ſigni. vnde non tam proprietas ꝙ̃ materia videtur inſpicienda & propterea Mil. in ver. reſeruatio iam dicto & Bellenz. in tract. de cari. ſubſ. q. cxvii. dicunt ꝙ ea eſt ſpecialis que fit per regulas contra ius cõmune. l. ꝙ vero cõtra &. l. ius ſingulare. ff. de legi. quoniã licet appellatione ac verborum conceptione poſſet dici generalis, tamen quo ad effectum dicitur ſpecialis vel quia contra ius cõmune vt ait Mil. vel quia diſcrepet a terminis. d. conſti. ad regimen de quo aliquid Fely. in. d. c. in noſtra quinto cor. referẽdo dicta per Mil. pro ſolutione primo dico non poſſe redi bonam rationem diuerſitatis inter inductas per regulas & extrauag. vt ſupra ſecũdo ꝙ materia eſt eadem aut ſimilis que non poteſt cauſare maiorem vel diſsimilem effectum in vna ꝙ̃ in alia quia dicere reſeruamus beneficia ſcriptorũ prout in conſti. ad regimen & reſeruamus generaliter beneficia collectorum prout in reg. ſimilia ſunt cum omnes ſint officiales item quia Cal. conſ. vii. de reſcrip. tenuit ꝙ beneficia cappellanorum Pape & ſcriptorum abbreuiatorum & ſimiliũ ſunt generaliter reſeruata & hoc probat regula. lxii. & ad illud ꝙ ſi fiat contra ius dicendum nil tale fieri per

extrauag.& reg.ſed magis preter inter que eſt differētia vt not.in.l.pacta que contra.C.de pac. nam non video ꝙ canon expreſſe reſiſtat etiam ſi non aſsiſtat ex quibus cognoſcitur an ſit preter vel contra vt ibi & in.c.i.ad decimas de reſti. ſpol.c.i.cum glo.de preſcrip.in.vi.& per Bar.in.l.ſed & ſi lege §.ſcire de pet.her.l.cum lex.ff.de fideiuſ.l.cum quis.C.de iur.& fac. igno. & ſi ex eo qd'
5 reſeruationes ſunt† odioſe tanq̄ preiudicantes ordinarie poteſtati & ꝙ per eas paratur via ad vacatura ideo reſtringende vt dicit glo.in.c.preſenti de offi.leg. in.vi. l.fi.C.de pact.c.ii.de conceſ.preben. cum ſi diceremus canonem reſiſtere & fieri contra iura non ſequeretur ꝙ eſſet ſpecialis quia idem eſſet fatendum de inductis per extrauag.cuius contrarium habetur in allegatis deciſionibus,quinimmo hoc attēto nulla eſſet generalis ſed omnes ſpeciales niſi forſan quādo vere beneficium vacat in curia per.d.c.ii.de preben.in.vi.quaſi non interſit ordinarii tunc ſed inductio.d.c.eſt cōtra ordinarium item nō ceſſat in ea ratio vie ad vacatura & quando infra mēſem Papa non confert remouetur obſtaculum & fit reſtitutio ordinario.c.ſtatutum eo.ti.& lib.ꝙ eſt fauorabile l.ſi vnus §.ꝙ & in inſpecie.ff.de pac.& dicit Dom.in.d.c.ſtatutum inter extrauag.autē & regulas eſt ſimilitudo iam dicta & in vtriſq; niſi allegentur & producantur non iudicatur ſecundum eaſ.c.paſtoralis de fid. inſtru. & ibi Car.& Abb.&.c.i.de re iud. vbi Fely.poſt alios & Bar. in.l.cum probatis.ff.de re iud. ex quibus cōſtat motiuū Mil.& aliorum non procedere & ꝙ debemus inherere propietati ſermonis & ꝙ cōmunis intelligentia aduertit an dicatur ꝙ generaliter vel ſpecialiter beneficia reſeruētur ad quam eſſet recurrendum etiam in ſtatutis & penalibus ac diuine ſcripture verbis.l.librorū§.ꝙ tamen caſſius.ff.de leg.iii.l. cum delanionis in§. aſinam ver. opt. ff de fund.inſt.c.maiores de bapt.c.ex literis.i.de ſpon. & matri.Bar.in.l.oēs populi in.vi.q.prin.vlt.charta.ff. de iuſt.& iur.in.l.i.de offi.procu.ceſ.ii.lect.iiii.col.in.l.

talis ſcriptura in prin. de leg. i. &. l. l. in princ. ff. ad. l. falc. Abb. in proem. decr. ii. col. cum ſeq. c. i. de iud. col. pen. & c. ex tenore in fi. de for. com. nam & verba † ſi vulgaria eſſent inſcriptis redacta ac in latinum deducta ſecundum iuris interpretationē deberent intelligi inquit Bar. in. l. ſi quis filiabus. ff. de teſt. tut. & quando eſſent verba groſſa interpretantur groſſo modo vt Bal. in. l. mācipia in fi. C. de fur. quando eſſent ſermones in vulgari prolatione Alex. conſi. V. iii. vol. refert Bal. dicere ꝙ debemus eos interpretari ſecundnm cōmunem vſum loquēdi prolatos vero in literali ſermone ſecundum artē literarū id eſt ſecundum cōmunē modum loquendi literaliter non ſecundum vſum loquēdi vulgarē allegat not. per Cyn. in. l. cum ante. C. de dona. ant. nupt. & ſi aliter q̄ de generali ſentirem⁹ non valeret ꝙ dicitur de gñali quia non vellet nec de ſpeciali quia non loquitur & incideremꝰ in id ꝙ habeť in. l. ambiguo. ff. de reb. dub. Nō ob. etiam ꝙ illa dicatur generalis cuius iam eſt manifeſta & notoria illa ſpecialis cuius cauſa eſt ſecreta & probabiliter ignorari poteſt vt dicit Mil. vbi prima quoniā ſecundum hanc doct. non eſſet differētia inter inductas ꝑ regulas & extrauag. nōn. n. eſt magis nota extrauag. ipſa regula cum regule ꝓſumuntur note & in eis contēta de quibus Papa preſumitur recordari ad not. ꝑ Fely. in d. c. in noſtra. v. cor. & alii habere equalē aut minorē notitiam q̄ extrauag. ex quo in quolibet pontificatu renouantur ille q̄ in craſtinum fiunt & quo ad alias publicatis in cancellaria cum obſeruantia faciunt ꝙ habetur notitia & recens item cauſa non poteſt conſiderari potētior reſpectu notitie in extrauag. q̄ in regulis que de materia quotidiana eduntur & in Rot. ac ſignatura tam gratie q̄ iuſtitie ſepiſsime adducuntur non ita frequēter nec de tam frequēti materia extrauag. doctrina igitur Mil. ſolum poſſet verificari in reſeruatione notoria. d. c. ii. de prebend. in. vi. propter decretum in corpore iuris & eſt vnica ſecundum glo. in. d. regu. lxii. tamen beneficia liti

gloſa poſſunt dici etiam reſeruata vel ſoli Pape preſeruata ſicut in.d.c.ii.ex quo ſolus Papa de talibus prouidere poteſt cum decreto irritanti vt in cap. pri. &.ii.vt li.pen.eo.lib. Item beneficia de quibus in.c.preſenti de prebē.eo.lib.& ſi alias ſint eiuſdem generis & ſi decretū ſit in conſideratione poſſet teneri ꝙ reſeruatiões tam ꝑ regulas q̄ extrauag.inducte eſſent generales quando haberent decretū irritans abſq; verbo generaliter ex eo ꝙ iſtud operaretur virtus decreti quod obſt.ſpolio agenti & inficit poſſeſsioné.c.ſi eo tépore de elec.eo.lib.prout in decreto regule predicte Leonis fuit tentum a maiori parte dominorum non ſine contradictione vt dico in deciſione illa incipi.prouiſus ab ordinario ꝙ agenti poſſeeſsio recuperañ.obſt.decretum regule huiuſmodi de quo ibi late qua cõcluſione ſtante etiam fundaméta deciſionum antiquarum. Mil.& Bellenzi non concludūt neceſſario nec ſm ea eſſet iudicandum.l.nemo. C.de ſent. ſed legibus & ratione.l.ſcire oportet.§. ſufficiat de excu.tut.l.cum ratio.ff. de bo.dam.ſed hoc ꝙ ſolum decretum diſtinguat generalem ab ſpeciali non video nec illa etiam conſideratio Mil.& Fely.in allegatis locis eſt tuta ꝙ ille reſeruationes in extrauagañ.ad regimen ſint generales que ſunt ſecundum ius cõmune quaſi alie non ſint tales ſed ſpeciales quia vt ſupra dixi forſan nulla eſt que non ſit contra ius aut ſaltem non eſt ſecundum ius ſed ꝑter vel in omnibus viget ratio glo.in allegato.c.preſenti de preiudicio poteſtatis ordinarie & via ad vacaturā & ſic fuit odioſe. Item ſuppoſito ꝙ aliqua ſint non ſecūdum ius ſequeretur ꝙ diſpoſitio cenſeretur diuerſo iure & determinaretur difformiter non vniformiter vt debet l.eum qui de vſuca.c.cum in tua de deci.l.nam hoc iure §.ii.ff.de vulg.& pup.l.hereditatem.C.eo.& cum nulla ſtabilis diſciplina in hac materia tradita ſit vt patet ex
7 premiſsis omnibus occurrit † ꝙ omnis reſeruatio a iure inducta intra corpus iuris dici poſsit generalis ratiõe notorietatis maiorum cum omnes ſcire iura debeant.l. le-

ges.C.de legi. & ſecundum ea iudicare extra corpus ve ro iuris ſpecialis habeat vel non decretum & ſit extraua gans vel regula ex quo nõ ita eſt notoria & poteſt igno rari & contra eam iudicari vt eſt dictũ & in hoc niſi ex verbis, vt in caſu iſtius deciſiõis generaliter conſtaret eſ ſe generalem aut ſpecialem reſpectu prime reg. nam il lud de decreto non reperitur ꝙ generalem faciat ſed tã tum annullat inficit & diſcolorat& ſine decreto ſtante re ſeruatione nulla eſt ordinariorum prouiſio.l. non dubi um.C.de legi.cum ſi.illud etiam ꝙ ſit contra vel ſecun dum ius hoc non operatur cum reſeruationes ſint cõtra aut preter & odioſe prout eſt dictum ſubiecta etiam ma teria per ſe non officeret ꝙ ſi Papa diceret reſeruamus generali reſeruatione non eſſet generalis vt patet in re gulis adductis in quibus dicitur de generali & ad.d. ex trauag. ad regimen que ponit plures reſeruationes de q bus in corpore iuris ſuccederet quo ad eas dictum Mil. & Fely.ꝙ eſſent generales alie ſpeciales non obſtañ.ꝙ diuerſo iure cenſerentur hoc enim eſt iuris quãdo eſt di uerſa ratio determinandi vt dicũt legiſte in.d.l. eum qui &.l.nam hoc iure & Abb.in.d.c.cum in tua que diuerſi tas rationis ex maiori & minori notitia colligitur & al's vt ſupra. Item extrauag.non dicit ꝙ ſit ſpecialis vel ge neralis ſed ꝙ reſeruat diſpoſitioni ſue cõditor vnde nõ venit ad hoc itaqꝫ ex aliis iuribus iudicatur que ſunt ſpe ciales que generales neqꝫ.d.c.ii.c. preſenti de preben. c.i.&.ii.vt lit.pen.& ſimilia reſeruatia ſe. Apoſtolice di cunt ꝙ reſeruent ſpecialiter vel generaliter extrauagan. etiam adducte hoc non explicant ſed regule ſic ex qui bus forma colligiť doctrina in materia. Item ꝙ aliud ſit quando per extrauag.regulas ac conſtitutiones in cor pore iuris reſeruationes inducuntur vt tunc ſecundũ pre dicta aliud quando per literas in quo caſu loquitur Ge mi.d.conſi.& tunc ſubiecta materia magisꝗ aliud inſpi ciatur que in reſeruationibus a iure & per literas ac ex trauag.inductum non poteſt conſiderari cum reſeruenť

beneficio certarum perſonarum & vacantia certis modis locis & temporibus vt in.d.extrauagã.ad regimen & in regulis & tamen non ſunt de certis beneficiis nec certis corporibus beneficiorum nec pro certis perſonis vnde deberent omnes eſſe generales & nulla ſpecialis attenta materia cuius contrariũ eſt oſtenſum ꝙ quedam ſunt ſpeciales quedam generales & etiam ſecundum motiua omnium,& ad illud ꝙ beneficia collectorum & aliorũ vt ſupra dicuntur generaliter reſeruata reſponſum eſt eſſe ex eo quia vltra contenta in regula reſeruante ſpecialiter eccleſias & monaſteria in aliis regulę voluerunt vt eſſent generaliter reſeruate al's poſſumus admittere ꝙ eſſent ſpecialiter quando in regulis & conſtitutionũ.vt dixi non habemus aliud traditum q̃ ꝙ in eis exprimitur in literis vero materia attenditur vt innuunt iura adducta per Gemi.in.d.conſi.Si vero non admitteremus differentiam inter reſeruationes a iure extrauagantibus & regulis inductas & eas que per literas cauſantur tunc regula ſit ꝙ vbicunq; dicatur de generali vel ſpeciali ſit generalis aut ſpecialis ex quo talis deprenditur mens principis ex fundamentis pro deci.adductis al's materia attẽdatur vt ſit ſpecialis que ſit ſuper certis corporibus beneficiorum & pro certis perſonis.c. dudum de preben. in.vi,c.executor de conceſ.prebẽ.eo.lib.Idem ſi ſuper certis corporibus beneficiorum licet non pro certa aut certis perſonis.c.cum olim de re iud.c.ſi eo tempore de elec.in.vi.generalis autem que non erit huiuſmodi nature vt colligitur ex adductis & mente Gemi.in allegato conſi.& non ob.d.c.ii.iii.de preb.eo.lib.cum ſi.tenẽdo ꝙ ſit generalis quia ibi non diſponitur ſup certis corporibus nec pro certis perſonis nec.d.extrauag.ad regimen cum aliis ex eo ꝙ in omnibus & ſingulis primo cõſiderabitur ſi erit dictum de vna aut alia quo ceſſante diſtinguetur modo premiſſo & procedet diſtinctio etiam ſi in eadem conſtitutione aut literis eſſent plures diuerſe ſpeciei,quedam generales alique ſpeciales quoniam

ratio diuerſa facit diuerſas vt per Abb.in.d.c.cum in tua quando Papa omnes non baptizaſſet ſpeciales aut generales prout in regulis quandoq; ſpecialiter quandoq; generaliter reſeruat &c. ſecundum hanc intelligentiam nihil obſtat nec illud ꝙ habeat vel non decretum aut ſit contra vel ſecundum ius vt ſuperius eſt oſtenſum & verificatur ꝙ de ſubiecta materia eſt deductum ſalua tamē proprietate ſermonis & hec ad indagandum veritatem prout ex ſtudio potui trado hec omnibus corrigenda vt ea que videbuntur a iure aliena emendentur ſic enim ſecundum philoſophum datur occaſione inueniende veritatis etiam gratias agendo his qui falſa ſcripſerunt quo ſtudioſi ſolliciti ſint prout eſſe debent ad veritatis inueſtigationem inquit glo.in.c.i.de fra.de no. bene. inueſt. in vſibus feudorum &c.

Quarta deciſio. Summarium.

Mentalis reſeruatio beneficioꝝ fit modis hic expreſſis & de ea in regulis reuocatoris reſeruationum & in ꝓuiſiōe etiam motu proprio de beneficio tali facta etiā eſt cum clauſula ꝙ prouidetur pſone grate. Item in ſuſpenſione gratiarum & quauis alia diſpoſitione habēda eſt expreſſa mentio ad hoc vt includatur in eis.

Epithome.

1 Mentalis reſeruatio que dicatur & de eius effectu.
2 Ordo nō reſpicitur in his que fiunt vnico contextu.
3 Gratie plures & diuerſe etiam ex interuallo poſſunt poni & fieri in eadem carta.
4 Papa ſolus diſponit de beneficio mentaliter reſeruato.
5 Mentalis reſeruatio an ſit illa quando apponit clauſulā cupienti T.de tali beneficio prouidere ideo motu ꝓprio &c. reſeruamus.
6 Mentalis reſeruatio expirat per mortem Pape.

7 Reſeruatum beneficium non cadit in gratia etiam motu proprio facta ſi de eo mentio non ſit habita.

Quarta deciſio.

Mentalis reſeruatio iuxta hodiernam interpretatio
1 nem eſt† quando Papa dicit ꝙ in mente reſeruat
tale beneficium aut primo vacaturum &c. vel in nullius
fauore, aut vt perſone ſibi grate prouideat & his ſimilia
ex quibus deprehenditur non eſſe expreſſam perſonam
pro qua fit reſeruatio & ꝙ remanet in pectore Pape, &
iſta ſpecies reſeruationis eſt frequentior q̄ deceat ideo
non intelligenda pro tẽpore quo eius vſus durabit cum
expediret ꝙ nunq̄ fieret. l. legaui in prin. ff. de lib. lega.
que interpretatio procedit etiam ſi eadẽ die reſeruatio-
nis declaretur perſona dũmodo precedat reſeruatio &
ſequatur declaratio ſeu prouiſio cum declaratione ꝙ re
ſeruauerat idem ſi vtrunq; in eadem carta ſub eadem da
ta fiat ita ꝙ poſt reſeruationem cum clauſulis ſuſpẽſiuis
inhibitoriis ac irritañ. decreto & aliis ſolitis etiam ime-
diate ſequatur prouiſio cum declaratiõe perſone in quo
aliqui ex dñis dubitabant quaſi tunc eodem verborum
contextu videatur Papa ab exordio reſeruationis pro
eo reſeruaſſe quẽ ſine interuallo & precipue in eadẽ ſcri
ptura nominat ar. l. lecta ver. dicebam. ff. ſi cer. pet. & qa
2 in his que fiunt vnico contextu† non inſpicitur ordo. l.
quidam de pecul. leg. & in rub. ff. de act. & obli. ſed fuit
a maiori parte concluſum negari uon poſſe quin ſit mẽ-
talis q̄ vno ex modis predictis eſt concepta abſq; decla-
ratiõe cuiuſq; vel pro quo & quod eſt verum vnam eſſe
gratiam reſeruationis priorem in tempore & aliam pro
uiſionis & poſteriorem quodq; neceſſe eſt procedat re-
ſeruatio & ꝙ in inſtanti potuit Papa cogitaſſe poſt factã
reſeruationẽ de perſona grata qnimo ante reſeruationẽ
mentalẽ cogitaſſe de ea & reſpexiſſe ad aliquem ſibi gra
tum prout motus proprius preueniſſe ſupplicationẽ re-

ſpectu gratie in qua conſtat ſupplicatum ab aliquo & cõ ceſsionẽ factam motu ꝓprio vt inquit Bal.in.c. niſi ſpe cialis de offi.leg. vnde potuit etiam illi prouidere ſine vl teriori mora & quando hoc obſtaret ſufficit ꝙ non ſeq̃ tur neceſſario ꝙ pro ſtatim nominato ex quo non ꝓbat hoc eſſe &c.l.neq; natales.C.de proba.c.in pñtia eo-
3 ti.nam † & in eadem carta poſſunt poni & fieri plures & diuerſe gratie etiam facte ex interuallo ſicut habetur de pluribus ſtipulationibus & ſummis.l. ſcire debemus.ff. verb.obli.& duo teſtamẽta in vno continẽtur inſtrumẽ to.l.patris & filii.ff.de vulg.& pup. vnde non excludit mentalitas ex idẽptitate ſcripture nec dici aut modici in terualli cum.xii. ſint hore diei vt Ioã.cap.xi. in qualibet quarum mens humana multa agit etiam diuerſa, & con tingens eſt ꝙ per horam in ſeipſo declarauit Papa & de liberauit pro quo poſt reſeruationẽ vel poſt vnam diem ſeu plures & adueniente vacatione mandet formari ꝓui ſionem de die reſeruatiõis in quo nemini iniuriam facit ex eo ꝙ ſolus ideo poteſt vltra plenitudinẽ quam habet in beneficiis cle.i.in fi.vt lit.pen. & in eius mente exiſtit
4 neq; alius † de mẽtaliter reſeruato poſſet diſponere aut ſolum Deũ veritatis iudicẽ habeat in ſimilibus ita ꝙ non poteſt fieri fundamẽtum ꝙ eadẽ die vel ſtatim ſeu in ea dem carta ad excluſionẽ mẽtalitatis. Cautum tamẽ eſt ꝙ fiat cum interuallo dierum aut ſi eadẽ die ꝙ ſint in diuer ſis cartis due ſupplicationes aut duo parua literarum quarum altera reſeruationẽ altera prouiſionẽ cum mẽtione mẽ talis reſeruationis contineatur.l.teſtamẽtum.C.de teſti.
5 quando † vero dicitur cupiẽtis.T.de tali beneficio cũ va cauerit ꝓuidere motu ꝓprio reſeruamus iſta non eſt mẽ talis cum a ſui origine habeat declaratam pſonam abſq; eo ꝙ in mẽte Pape explicanda remaneat & iſta in pluri bus cauſis tentum fuit eſt autẽ mẽtalis reſeruatio ſpecies ſeparata ab aliis reſeruationibus habẽs tantum id ſingu lare ac peculiare principi depẽdens & conſiſtens totum in eius mẽte prout dicitur etiam in ſimili de reſignatione

& reſeruatione facta in manibus Pape ad.c.ij.cum mate-
ria de prebē.in.vi.quod de ea debet & vult princeps cer-
tiorati ideo meruit interpretari vt nō includatur in regu-
lis reuocatoriis reſeruationum generalium & ſpecialiū
editis cum vrgentiſſimis clauſulis de quibus qn̄ dicatur
generalis quando ſpecialis dico in alia deciſione incipi.
conceſſerat Pape & hoc niſi in verbis fiat expreſſa men-
tio de ipſa mētali idem in prouiſione beneficii reſeruati
mētaliter vt non valeat niſi ꝙ eſſet taliter reſeruatū dica-
tur & Papa intelligat de ſic reſeruato ꝓuidere al's defecit
intentio & ita in vna Ca.& prebē.nouarieñ. 1 5 1 9. ꝓ-
nunciauit do. Iaco.ſy.in fauorē Benedicti de capris cō-
tra Melchioñ.lagne & in alia do.Nico.de aretio contra
Ferdinandū fontetiam quia eorum prouiſiones nihil ha-
bebant de mentali ꝓ qua intelligētia facit ſtilus Pape ꝙ
quando intēdit reuocare etiam mētales de eis quaſi ali-
ter nō videatur eas reuocare per regulas.l.vel vniuerſo-
rum.ff.de pig.acti.c.ex literis de cōſti.nec de beneficiis
huiuſmodi prouidere niſi ſciens & prudēs al's ſolet can-
cellari in ſupplicationibus prouiſionū clauſula mentalis
reſeruationis qm̄ paucis & dilectis ſeu benemeritis de ſi-
milibus fit gratia & mos pape ex cōmuni curſu & ſolito
cancellarie colligitur ſm Rot.in antiquioribus Biſignet
v.de reſcrip.& Fely.in.c.noſtra corr.i.eo.tit.& in ſuſpē-
ſione gratiarum quando fit prouiſio ex ceſſione in manib.
Pape oportet exprimi de mētali vt nō obſtet reſeruatio
talis & ſolet limitari ad effectū reſignationis dūtaxat ne
mētalis reſeruatio capiat ex ea vacatiōe ſtante dicta mo-
dificatione que etiam morem Pape declaret ꝙ in mētali
non vult decipi ſed clare intelligere cui & de quo benefi-
cio mētali.c.q̄ graui de cri.fal.& iſtud poſt plures diſpu-
tatiōes maior pars firmauit etiam ſi Papa prouidiſſet de
vacanti G.tanq̄ ſibi grato non expreſſo ꝙ de mentaliter
reſeruato vt moriēte poſtea Papa qui reſeruauerat & ꝓ-
6 uiderat † dicatur adhuc vacare beneficium de iure ac du-
rare vinculum mētalitatis & non valuiſſe ꝓuiſionē.G.ſa

etiam ac debere & poſſe ſolum fieri per ſucceſſorē & ita corā do. Camillo de ballionibus. 1 5 2 0. in vna alia cauſa tandē poſt varias opiniones fuit obtētum etiam ex eo ꝙ in aliis ꝓponebatur ſic fuiſſe ꝓnunciatum nec debere ab eo ſenſu diſcedi ar. c. in cauſis de re iudi. &. l. minime ff. de le gi. Non ob. ꝙ reſeruatio in qua non dicitur ꝙ Papa ſibi & apoſtolice ſedi reſeruati videatur morte reſeruantis expirare. c. ſi gratioſe & ibi Arch. & Io. and. de reſcrip. in. vi. facit. l. iiii. ff. loc. quia reſponde prout erat in facto ꝙ iam tēpore vite reſeruantis per obitum obtinētis beneficium aut alio vacandi modo fuerat ſortita effectum reſeruatio & eius vinculum incertum vnde non expirat effectus conſumatus Bar. in. l. titia. §. imperator. ff. de leg. ii. quinimo reſpectu vinculi & inhibitiōis ac aliorum effectum nedum tempus vacationis ſed etiam reſeruationis attenditur vt dico in illa deciſione incipi. Papa contulerat Io. de madrigal ſucceſſor ergo poterit declarare pſonam gratam quam non declarauit predeceſſor cum in omnibus & per omnia ſuccedat & non ſumus in ea ſucceſſione ꝙ nequeat qui ſuccedit declarare mētem defuncti prout in. l. idē pomponius. §. ſi. cum ibi not. ff. de rei vend. in qua etiam admittetur declaratio qñ alius non dānificaretur perdendo ſuum ſ̄quis amittat lucrum ſm Bar. in. l. gerit. iiii. col. de acq. her. l. ſi quis a filio. §. ſi quis plures & ibi etiam Alex. ff. de leg. i. ſicut in propoſito nihil de ſuo alicui aufertur dato enim ſemel vinculo reſeruationis ꝙ durat quouſq; per habētē poteſtatē hoc eſt p Papam prouideatur etiam ſi ceſſet cauſa finalis affectionem inducens Rot. de ꝑben. iii. in anti. xiii. &. xiiii. & in no. ix. nemini fit iniuria nec preiudicium ꝙ quicunque Papa & ſolus ex quo alius non poteſt poſſit declarare atq; declarādo cuicunq; pro libito prouidere, & in cauſa predicta nouarieñ. caſus erat ꝙ Leo prouiderat Bar. & declarauerat de mentali facta a Iulio. ii. in perſonam Petri magni & in vna alia reſeruatione mētali que fuerat de tēpore Eugenii ſeu Nico. fuit aſſeueratū a do.

Barto. de petraſancta & aliis antiquioribus quod durauerat vinculũ reſeruatiõis donec venit vna regula Alex. vi. qui expreſſe reuocauit mẽtales que in cauſa fuit ꝑdu cta & conſiderata equalis enim eſt poteſtas vtriuſq; Pape. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad trebel. c. innotuit de elect. & idem eſt quo ad hoc in aliis ſpeciebus reſeruationum ꝙ ſi vnus Papa cõmendat per quã cõmẽdam afficit beneficium & videtur ad ſe futuram prouiſionem reuocare ac reſeruare ſm Ludo. ro. conſi. cccl. & Fed. de ſen. in trac. de rer. permu. q. xv. & habetur in deciſ. incip. cõmendauerat alius prouidebit ceſſante cõmenda licet non ipſe cõmendauerit ſublata ordinariis inferiorib⁹ diſponendi facultate & maxime id procederet ꝙ nõ expiraſſet facultas eligendi aut declarandi perſonam gratã ꝑ obitum reſeruantis qñ in prohemio reſeruationis a quo ſummitur finalis ratio. l. fi. de her. inſti. Bar. in. l. ambitioſa. i. q. ff. de decr. ab or. facit dictum eſſet ꝙ licet beneficiorum omnium plena & libera diſpoſitio ad Ro. pont. pertineat nihilominus idẽ pont. aliqua ex eis quandoq; ſue & apoſtolice ſedis diſpoſitioni reſeruat vt de illis cũ vacauerint per eum & dicte ſedis prouideñ. valeat ſaluubriter prouideri etiam ſi ſequatur hinc eſt ꝙ nos cupien tes perſone grate accepte prouidere noſtra & ſedis apo ſtolice diſpoſitioni reſeruamus quoniam verbũ nos non reſtringit ad reſeruantem ſed predicatur de reſeruante & quocunq; ſucceſſore vt patet ex precedentibus & ſequẽtib⁹. l. ſi ſeruus plurium in fi. ff. de leg. i. Propterea iſtud ſufficit ꝙ ſolus Papa poteſt de mentaliter reſeruato prouidere quia & perſonam declarare. l. ii. ff. de iuriſd. om. iud. l. ad rem mobilem & l. ad legatum. ff. de procur. l. illud. ff. de acqui. her. cum ibi no. cum ſolus habeat poteſtatis plenitudinem vt eſt dictum. d. c. ii. & . d. cle. i. & c. propoſuit de conceſ. preben. & ſi non prouidebit perſone grate reſeruanti ſatis eſt ꝙ prouideat perſone ſibi grate nã nec cogeretur illi in quẽ non declaraſſet reſeruans cum par in parem nõ habeat imperium. d. §. tempeſtiuũ.

Predicta militant etiam in prouiſione facta motu pprio cum non firmet gratia contra defectum intentionis cle. ſi romauus cum gl. de preb. de quo Fely. in. c. cauſamq; de teſti. nam † ſub gratia motu proprio non veniunt re-
7 ſeruata Rot. de conceſ. preb. in no. xxviii. deficit autem Pape intentio ex premiſsis & quia eſt magis peculiaris iſta mentalis q̃ alie que ex magna cauſa ac pro paucis & quidem ſibi dilectis pro quibus beneficiandis motu proprio cogitat ac prouidet emanar. ad ꝙ facit peregrina gl. in ver. reſeruamus in extrauag. execrabilis eo. tit. de preben. concedi. & quia poteſt Papa velle omnino & certitudinarie de aliquib⁹ beneficiis diſponere propterea inuenta eſt huiuſmodi ſpecies reſeruationis que in omni diſpoſitiõe requirit ſpecificam mentionem ad hoc vt in prouiſiõe Papa ſit certus quid agat de quo beneficio & cui prouideat conſi. Gemi. xii. ponens alias ſpecies reſeruationum nihil attingat de métali de qua videtur Egi. cõſi. xxxiiii. vt allegabatur dixiſſe ibi ad primũ dubium dicens nam illud colligo & reſtringo ad reſeruationes ſimplices factas per Papam ſimpliciter in fauorem ſuum & in ſolutione ſecundi dubii ibi & eſt ratio diuerſitatis qa quando Papa ſcribit pro perſona inuenta eſt eius intentio ꝙ voluit de illo beneficio ſua auctoritate ordinari & ꝙ iſto animo manum apponit ſed pro veritate non loqtur de mentali ibidem nec materia eſt talis nec ad métalem faciunt quote quas allegat de qua expreſſe iura nõ faciunt mentionem vnde doct. antiqui de ea non ferebant nec hoc ꝙ ſit facta reſeruatio ſimpliciter in fauorẽ reſeruantis infert neceſſario mentalem niſi concurrant q̃ ſupra dixi ponẽdo regulam & exempla ex eo ꝙ omnis reſeruatio nõ expreſſa perſona etiam in fauorem Pape vt ſolus poſtea diſponat & tamen non dicitur mentalis inducta per regulas reſeruantes beneficia certis temporibus vacatura niſi etiam dicatur vt perſone grate abſq; declaratione vt ſupra & idem ſi per literas.

Quinte decíſio. Summarium.

Clauſula ſuſpenſionis reſeruationum mentalium appoſita in reſeruatione ſeu prouiſione beneficii mētaliter reſeruati operatur validitatem prouiſiōis etiam ſi ex cauſa reſignationis in manibus pape facte prouideatur dummodo ad reſignationem ſe non reſtringat vel ſic mentio que requiritur de mentalitate ſufficit facta ſolum in clauſula ſuſpenſiua gratiarū quo ad hoc vt dicatur Pape velle prouidere etiam de mentali vel vt fecerit a mētalitate liberum tale beneficium ſeu mentalitatem pro ea vice ſuſpenderit ad effectum validitatis gratie.

Epithome.

1 Mentalium reſeruationum mentio qualiter ſit facienda ad hoc vt prouiſio ſeu reſeruatio beneficii mentaliter reſeruati valeat.

2 Clauſula ſuſpenſiua reſeruationum eſt pars gratie ideo in ea ſufficit de mentali reſeruatione facere mētionē.

3 Prouiſio Pape de beneficio mētaliter reſeruato non valet de mētalitate huiuſmodi mētione non habita.

4 Clauſula ſuſpenſiua mentalium an liberet beneficium a mentalitate.

Deciſio. V.

SVppoſito vt in proxima deciſionē ꝙ in prouiſiōe beneficii mētaliter reſeruati pro validitate requirať mētio de mētalitate fuit concluſum. 1 5 2 0. in vna monaſterien̄. cano. & preb. coram do. Camillo de ballionib9 ſuf-
1 ficere ſi in clauſula ſuſpenſionis omnium † reſeruationū dicatur etiam mētalium ſeu in nullius fauorē licet nec in corpore ſupplicationis nec in clauſulis alibi verbum aliquod de mētalitate factum ſit etiam ſi Papa ex reſignatione facta in manibus ſuis prouideat & ſoleat reſpectu ſuſpēſionis mentalium reſtringi ſuſpenſio ad effectū reſignationis dūtaxat ita ꝙ videbatur ſtilus conſiderandus.

& mos patrisfamilias.l.vel vniuerſorum.ff.de pig. acti. &.c.ex literis de conſtit. ſed ex quo talis reſcriptio non erat operatur métio etiam reſpectu prouiſionis quia ſumus in claro & rationabiliter pſumimus ꝙ Papa voluit ex aliqua cauſa pro eo cui prouidit ſuſpédere facit deciſio Biſignet.v.de reſcrip. in antiquioribus & ꝙ ibi dicitur ſimplicé ſignaturam remanere in terminis iuris communis & correſpondere omnibus petitis in ſupplicatione ¶.preterea inſtit.de inutil.ſtipu. Nec obſt.ꝙ in parte p
2 uiſiua nihil dicitur de métalitate quia † clauſula ſuſpenſiua eſt pars gratie vt dixerunt domini & ſatis eſt fieri mentionem in aliqua parte & Papam intelligere qui ſi noluiſſet prouidere de métali cancellaſſet aut reſcripſiſſet verbum métalium.c.ad audientiam de deci.vnde non cancellatio vel obmiſſa reſcriptio magis arguit conceſſionem etiam ſtilo inſpecto cum pro aliquibus ſoleat princeps ſuſpendere mentales in omni gratia prout eis permentales reſeruationes proſpicere vt in proxima deciſione.Item alʼs ſuſpenſio nihil prodeſſet prouiſo & fruſtra eſſet admiſſa contra.l.ſi quando.ff.de leg.i.&.c.ſo
3 lite de maio.& obe.Papa † enim ſcit non valere prouiſionem que de mentalitate nõ dicat cum habeat iura in ſcrinio.c.i.de conſtit.in.vi.ergo dum preponit de métali vel expreſſionem admittit vult ꝙ mentalitas non obſtet etiam de mentali ſi tale etiam cenſeatur prouiſum & hoc ſecundum vnum modum intelligendi ſecundũ qué talis prouiſio extinguit vinculum mentalitatis ex eo ꝙ reſeruatio & affectio durant donec puideatur & ſic per prouiſionem tolluntur Rot.xiiii.de prebé.in anti.&.xi
4 in no.vel ſecundum alium modum Papa ſuſpendédo † mentales liberat a mentalitate beneficium vt pro ea vice ſublato impedimento valeat prouiſio ſeu mortificat faciendo dormire ac ceſſare mentalitatem ne vires habeat ne ue prouiſioné impediat ſicut in ſimi. dicimus de cõmenda & vnione ad vitam vt in deciſione incip.Facta erat vnio & in alia cõmendauerat Papa vbi non datur

extinctio facit ſonus verbi ſuſpẽſionis differentis ab extinctione.l.ſi idem.C.de codi.& ꝙ videmus in expectatiuis & reſeruationibus poſterioribus ſuſpendẽtibus anteriores ſed non extinguentibus & iſto modo accipiendo durabit mentalitas vſq; ad aliam prouiſionem extrinſecam. Pro iſta intelligentia facit deciſio incipi.dubium fuit in vna Marſilieñ.cum ſuis motiuis licet etiam ibi ſint fundamenta pro primo modo extinctiuo & ꝙ ſufficiat mentio in clauſula ſuſpenſiua etiam appoſita in reſeruatione cum beneficio acceptandi & valuerint acceptatio cum prouiſione, de mentali fuit concluſum de menſe Iunii. 1 5 2 2.in vna Vercelleñ.cano.& prebẽ. coram me in qua pronunciaui pro Contino de virnutio &c.

Sexta deciſio. Summarium.

Deciſio proxima ꝙ in reſeruatione & in ſimilibus ſufficiat mentio mentalitatis in clauſula ſuſpenſiua procedit etiam ſi inhibeatur cum ſuſpenſione quibuſcunque quaſcunq; gratias etiam in nullius fauorem proſequentibus ſiue non ſit declarata perſona cui Papa prouiderit vel prouideri mandauerit ſiue declarata & ſit inhabilis ad beneficia iſta ita ꝙ valide proſequi nequeat.

Epithome.

1 Clauſula ſuſpendens omnes gratias etiam in nullius fauorem & ſic mentales proſequentibus operatur ſiue ſit vel fuerit declarata perſona cui ex reſeruatiõe mẽtali huiuſmodi prouiſum fuerat ſiue non.

2 Mentalis reſeruationis natura eſt remanere in mente reſeruantis.

3 Clauſula ſuſpenſionis mentalium includit etiam ea que adhuc remanent in pectore.

4 Verbum proſequentibus appoſitum in clauſula ſuſpenſiua quomodo verificatur.

5 Decretum irritans in expectatiuis & reſeruationibus nō mentalibus operat nullitatem prouiſionum inferiorum infra mēſem etiamſi expectantes nō acceptent.

Sexta deciſio.

IN eadem cauſa Vercelleñ. canoni. & preben. dicebat Do. Thom. regis ꝙ quāuis reſeruatio domini Anconitani ſuſpenderet omnes gratias etiam in nullius fauo
1 rem & ſic† mentalis tamen quia inhibebatur cum ſuſpēſione quibuſcunq; quaſcunq; gratias etiam mentales ꝓſequentibus ꝙ non continebat ipſos canoni. & preben. mentaliter reſeruatos de quibus in euentum vacationis fuerat prouiſum Franciſco tubie inhabili quia patienti defectum natalium de quo Papa in prouiſione quam ei fecerat non intellexerat & ſic valide proſequi non poterat cum de valida ac effectuali proſecutione verba ſint intelligenda. l. non putauit. §. non que ius de bon. poſſ. contra tabu. l. iiii. §. condemnatum. ff. de re iudi. c. fi. eo. titu. in. vi. & l. i. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi. exi. Idem ſi perſona non eſſet declarata quaſi in dictis caſibus nullus ſit qui ipſam reſeruationem proſequatur aut proſequi de iure poſſit ſed ſolū verificetur quando eſt facta declaratione perſone habilis & ꝙ hoc innuat verbum proſequentibus & affirmabat eiuſmodi verbum ad id ponderaſſe Fely. in Rota & iuxta eius ponderationem fuiſſe reuocatam ſententiam latam per domi. 3
Hieronimum de porcariis pro qua ponderatione facit quia ſi voluiſſet Papa etiam in his quas nullus proſequitur ſuſpenſionem procedere expreſſiſſet. Sed contrarium voluerunt domini vt omni caſu capiat & pro cō
2 cluſione facit quia peculiaris natura† mentalis reſeruationis eſt vt remaneat in mente reſeruantis & ſic ſecreta perſona grata cui vult prouidere quouſq; prouideret declarat taliter ꝙ in ipſa reſeruatione perſona grata nō exprimitur quoniam ſi declararetur non eſſet mentalis vt

In deciſione incipien. mentalis reſeruatio eſt dictum liceat aliquando & ſepe ante vacationem fiat declaratio
3 quando ergo ſuſpendit † mentales videtur de omni mētali ſentire etiam de ea que adhuc remanent omnino in pectore ſuo que etiam omnimodo mentalis, verbum autem proſequentibus verificabitur in non mentalibus & in mentalibus perſona idonea declarata. Item quia dicitur etiam in nullius fauorem proſequentibus ergo quādo nullus proſequitur tanquam in iſtis non attendebatur proſecutio & ſi attenderetur ꝙ videatur Papa cuius intereſt proſequi poſſet, tamen dici ꝙ verba in nullius fauorem non inferunt perſonam non eſſe declaratam ſed naturam tantum mentalis que verba iuncta cum verbo proſequentibus videntur velle loqui de declaratis tantum & verbum proſequentibus non recte cadit in Papa ex quo de aliis non de ſeipſo loquitur & in generali ſermone perſona loquentis nō continetur. l. inquiſitio. C. de ſolutio. niſi dixerimus pro deciſione ꝙ verbum proſequentibus non ſit appoſitum reſtrictiue & excluſiue reſpectu gratiarum quas nemo proſequitur ſed ex eo quia vt plurimum reſeruationes & alie gratie habent aliquem qui curat eas & cuius intereſt quemadmodum in
5 expectatiuis † & reſeruationibus non mentalibus decretum irritans operatur nullitatem prouiſionum inferiorum infra menſem licet expectantes non acceptent & ſic non videantur proſequi vt per Fely. in. c. ex officia vlti. car. de preſcript. Ita Papa per verbum proſequentibus non videatur velle ſuſpendere gratias dumtaxat quas aliqui proſequuntur ſed etiam quas nullus proſequitur. Conſidera quia in decreto ſunt multe rationes & illa vt appoſitio menſis hoc operetur vt Fely. in. d. c. Item ibi eſt potentia proſequendi ſine actu proſecutionis quia noluit acceptare tale beneficium ꝙ erat in eius poteſtate quando gratia habet terminum ad acceptandum vt declaro in illa deciſione incipiente ſolent preſentes in curia & hic ſumus in terminis ꝙ nullus eſt qui

proſequi poſsit vel ſi eſt valide & iuridice non poteſt vt in iſto caſu valde vtilis eſſet Pape declaratio.

Septima deciſio. Summarium.

